

V 882

A4

DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS  
DE

USU PRACTICO  
TITVLI INSTITVTIONVM,  
QVIBVS MODIS  
IVS PATRIAЕ POTESTATIS  
SOLVITVR,

QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DOMINO CAROLO,**  
PRINCIPЕ BORVSSIAE, MARCHIONE  
BRANDENBVRG. RELIQA,  
IN REGIA FRIDERICIANA,

PRAESIDE  
**DN. CHRISTIANO THOMASIO,**  
ICTO, S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARIO INTIMO, ACADEMIAE  
DIRECTORE AC PROFESSORE PRIMARIO, FACVLTATIS  
IVRIDICAE ORDINARIO ET H. T. DECANO,

PRO LICENTIA  
PRIVILEGIA DOCTORALIA CONSEQUENDI  
AD D. XXII. MAI. MDCCXVI.  
HORIS ANTE - ET POMERIDIANIS  
PVBLICO ERUDITORVM EXAMINI SVBMITTIT  
**IOANNES LUIS,**  
HAMBVRGENSIS.

---

IENAE,  
REC. LITTERIS IO. BERNH. HELLERI, 1744.

DIGESTATIS VALUINGA INVAGARIA

D 8

USI PRACTICO  
TITULI INSTITUTIONUM  
GAVIAE MODIS  
IN PARTIA POTESTATIS  
TUTIO

REGIS MONGOLICUS CORTESIMO  
SALLARISIMO PRINCIPALIS DOMINO

DOMINO CAROLO  
BENIGNUS PROTECTOR MARCIONE  
BENIGNUS AVARUS REVERENDUS  
IN REGIA TRIBURICIANA  
REVERENDUS

IN CHRISTIANO THOMASIO  
HONORIS MONTIS TERRAM VITAM  
DECORIS ET MELIORIS LACUNAS  
DECORIS DECORIS ET DECORIS

PRO FIDELITATE  
LIVIAE CORDIALIA DECORIS  
AD EXEMPLARIS  
TITULI ET TITULI ET TITULI  
TITULI ET TITULI ET TITULI  
TITULI ET TITULI ET TITULI  
TITULI ET TITULI ET TITULI

---

LENA  
RE LITTERIS DE BELLIS HELLERI



## CONTENTA CAPITIS. I.

**A** pud Romanos olim patria potestas durabat, quamdiu patria libuerit. §. I.

An unquam jure Romano separata economia filii patria potestas fuerit soluta. b.

Neque per solas nupias filie patriam potestatem apud Romanos fuisse solutam. c.

Duo modi antiqui solvendi patriam potestatem, mors & voluntas patris. §. II.

Mors naturalis patris aut filii quo jure solvat patriam potestatem. §. III.

Regulariter jure naturali. a.

Exceptio de morte avi intuitu nepotis est ex jure civili. b.

Mors civilis patris & filii etiam patriam potestatem solvit. §. IV.

Libertatis & civitatis amissio cur mors dicatur. a.

Remissio ad iur. de capit. dimin. de restitutione deportatorum.

De relegatione. b.

Captorum ab hostibus jura extinguntur, non sunt in suspense, sed aliquando jure postlimini recuperantur. §. V.

Verba Caii nostre Sententia conformia. a.

Ulpiani & Justiniani de suspensione loquentia. Minus accurate. b.

Usus observationis hujus. c.

Jus postlimii quid? Fictio postlimii. §. VI.

Etymologia postlimii. a.

Definitio juris postlimii. b.

Figmentum fictionis Legis Corneliae, ab interpretibus excogitatum, si pater in captivitate moreretur. §. VII.

Nulla fictione hic opus. Neque ejus mentio fit à J. C. Is Romanis. c.

Lex Corneliae plane non egit de liberatione à patria potestate, sed solum de testamentis captivorum, in captivitate morientium. d.

**Emancipatio triplex I. Vetus. §. IIX.**

*Descriptio veteris emancipationis ex Cajo. Et Theophilo.  
Cum adjuncta annotationibus. b.*

**II. Anastasiana. §. IX.**

*Conjecturæ, jam ante Anastasium emancipationem veterem  
paulatim in desuetudinem venisse, & liberos per rescripta  
fuisse legitimatos. a.*

*Cur Anastasius mentionem fecerit liberorum absentium, vel  
in judicio non presentium? Res dubia. b.*

*An emancipatio per rescriptum etiam admiserit procuratorem? c.*

**III. Justinianea. §. X.**

*Remissio ad alios titulos. a.*

*Falsum esse, quod tempore Justiniani emancipatio vetus in  
usu fuerit. Sed Tribonianum ex imprudentia multa de  
emancipatione veteri retulisse in Pandecta. b.*

*An emancipatio Justinianea debuerit fieri in presentia filii. c.*

*Dimissio tacita ex patria potestate ex constitutione Leonis. §. XI.*

*Locus Harmenopoli de novella constitutione Leonis. a.*

*Novella Leonis 25. b.*

*Leonis Novellarum exigua auctoritas, etiam apud Græcos. c.*

*Emancipatio à voluntate patris dependet. §. XII.*

*Id est, (1) liberi non possunt cogere patentes ad emancipatio-  
nem. §. XIII.*

*Dissentus Dd, de numero limitationum hujus regulæ. §. XIV.*

*Versiculi de limitationibus illis. d.*

**Monita de singulis. §. XV.**

*De mala tractatione contra pietatem, eam non facere gene-  
ralem exceptionem. Et esse in se valde obscuram. Adeo-  
que liberi parum profuturam. a.*

*De adoptione damnoſa. Eam primario intendere ne impu-  
beres arrogarentur. b.*

*De fideicommisso vel legato patri reliquo sub conditione, si si-  
lium emancipaverit. Nec tum patrem cogi posuisse ad eman-  
cipationem. Expositio l. 114. §. 8. de legatis i. Idem dicendum,  
si pari*

si patri legatum fuerit sub modo, ut filium emanciparet. Exponitur Paulus recept. Senti. lib. 4. tit. 13. §. 1. c.

Responso ad Ulpiani legem 92, de condit. & demonstr. partim nobiscum sentientis, partim sententiam mutantis, sed absque justis rationibus. Quas neque adductum ab Ulpiano Severi rescriptum eque irregulare adjuvat. d.

De patre peruriam accipiente, ut filium emanciparet, neque cum patrem cogi potuisse. Expositio l. 1. §. 3. si à par. quia manum fuerit. e.

Alii modi finiendi patriam potestatem sine emancipatione, ab imperatoribus inventi. §. XVI.

(1.) Si pater filiam profiteretur. a.

Aue (2.) si infans exponeret. b.

Aue (3.) si incestas nupias contraheret. c.

(II.) Liberorum consensus in emancipatione veteri non requiebatur, sed potenter enim inviti emancipari. §. XVII.

Textus pro dissentientibus allegati. a.

Potissimum l. 5. C. de emancip. b.

Probatur olim liberorum consensum non fuisse requisitum.

Quia parentes poterant etiam liberos domo expellere. Obiter exposita l. 6. C. de patr. pot. Notatur Huberus. An Pauli tempore jam consensus filii fuerit requisita. Adnotatio ad l. 132, de V. O. Non tamen facile fuisse casus dabiles, ut filii emancipandi dissentirent. c.

Olim nulla dignitas liberabat, nisi sacerdotalis. §. XIIIX.

Probatur regula. a.

Exceptionis origo. b.

Probatio de flaminibus. c.

Requisita Virginis Vestalis. Ejus liberatio à patria potestate.

Ritus capienda virginis. An hic modus finienda patria potestate fuerit intuitu parentum voluntarius? d.

Postea Justinianus summae patriciatus dignitati idem privilegium indulxit. §. XIX.

Videlicet ex ratione status monachici. a.

Patricium olim qui, qui postea, qui sub imperatoribus. b.

*Vero simile, Justinianum legem nullis de casu vix dabis, c.*  
*Imo id extendit ad alias dignitates, ab oneribus Curiae libe-*  
*rantes. §. XX.*

*Ratio extensionis. a,*

*De oneribus Curialium remissive. b,*

*Salvis utrobius liberis juribus familiae. §. XXI.*

*Et simul etiam ad dignitatem Episcopalem. §. XXII.*

*Titulus paternitatis Clero tributus, eum exemit à potestate  
seculari. b.*

*Adoptio, etiam ex parte modus solvendi P. P. §. XXIII.*

*Qua de re nullum dubium. a,*

*De constitutionibus Justiniani remissive. b.*

*Intuitu nepotis nati adspiciendum tempus conceptionis. §. XXIV.*

*Ratio ex Ulpiano. a,*

## CONTENTA CAPITIS II.

*Varius dissensus de usu pratico hujus tituli. §. I.*

*Autores praecipui buc pertinentes. a,*

*Fontes illius dissensus. b.*

*Jam alibi de usu emancipationis actum. §. II.*

*Synopsis dissertationis de quasi emancipatione Germanorum. a,*

*Assertio generalis de non usu modorum Romanorum finiendo  
patriam potestatem. §. III.*

*Ratio assertio. a,*

*Apud Germanos patriam potestatem tollit mors naturalis &  
separatio. b.*

*Speciales : mors civilis non est modus finiendo P. P. §. IV.*

*Rationes speciales varie. a,*

*Jura parentum vel liberorum bello captorum sibi in suspen-  
so. b.*

*Nec emancipatio. §. V.*

*Remissio ad alibi dicta. a,*

*Nec dignitas. §. VI.*

*Varie questiones & assertiones Doctorum frufranee. a.*

DISSENR-



DISSETATIO IN AVGURALIS  
DE  
VSV PRACTICO TITVLI  
INSTITVTIONVM  
QVIBVS MODIS IUS PATRIAE  
POTESTATIS SOLVITVR.

CAPVT I.

*Sententia & Emendatio juris Romani.*

§. I.

 upra dictum fuit, patriam potesta- *Apud Roma-*  
tem ex instituto Romuli durasse *nos cliv pao-*  
tamdiu, quamdiu id patri libuerit, *tria potestas*  
etiam ad dies vitæ <sup>a)</sup>). Hinc sive *durabat,*  
filius majorenns fieret, sive seorsim *quamdiu pa-*  
habitaret, <sup>b)</sup> sive secundum mores aliarum gen-  
tium per nuptias inciperet novæ familiae caput fie-  
ri,

ri, Romani tamen nullo horum modorum patriam potestatem finiri volebant, neque adeo volebant, filium uxore ducta novæ domus principem esse, sed mulierem c) in domum paternam deducere, ejusque partem manere, familiaque imperio subjici volebant, utut seorsim habitantem.

An unquam a) Vide Dissert. de Usu pract. tit. Inst. de patr. potest. c. I. §.  
jure Roma- 4. ex Dionys. Halic. lib. 2. c. 27.

no separata b) Scripseraat Wissenbachius Disput. 6. ad Inst. §. 43, ho-  
economia die per universam fere Europam, finiri patriam potestatem, ma-  
filii patria trimonio patris consensu inito, item separata filii habitatione, &  
potestate fu- bonorum administratione, additis verbis, que & jure civili pre-  
erit soluta. sumptionem non levem solute patriæ potestatis inducit, si patre sciente  
& concedente fiat, quem in finem adducit l. i. C. de patr. potestate.  
Sed recte jam Huberus monuit disp. 15. Fundam. juris §. 1, quam-  
vis dissimulato Præceptoris nomine, perperam separatam habita-  
tionem, aut bonorum administrationem, ut modum solvendæ  
patriæ potestatis, ex jure civili deduci; nihil enim ibi, quam præ-  
sumtio soluti juris patrii, habetur, eaque non ex separata habita-  
tione filii, (ut de qua plane nihil memorat ista lex, neque ad im-  
puberem, de quo ibi agitur, ea commode applicari potest,) ne-  
que ex administratione ipsius filii, sed per tutores patiente patre  
facta, qui non nisi his, qui sui juris sunt, dantur. Quin & Cice-  
ro, in oratione pro M. Cælio, cum adversarii in Cœli taxassent,  
quod juvenis adhuc à patre semigraverit, monet c. 7, quod nec  
hæc semigratio indistincte in juvenibus taxari possit, & quod Cœ-  
lium in specie attinet, dicit, id non solum permittente, sed &  
svadente patre factum esse, sed & ex iusta causa, cum domus pa-  
tris à foro longe abeset, ut facilius & demum Ciceronis adire, &  
& suis clientibus conveniri posset. Cœlium vero adhuc filiumfa-  
mlias, & in potestate patris fuisse, docent verba Ciceronis præ-  
cedentia eod. c. 7. Tabulas, qui in patris potestate est, nullas confiteit.  
Et Justiniani tempore adhuc idem fuisse in usu, ut filius, etiam si  
separata

QVIE MOD. IVS PATR. POTEST. SOLVITVR. 9

separata œconomia ute-retur, tamen adhuc esset in potestate patris, docet §. 2. de oblig. quæ quasi ex del. nasc.

c) Sed anno filiæ saltē per nuptias ex patria potestate Neque per iverint, dubitant Dd. quibusdam statuentibus, filias si nuptiæ per solas nuptiæ confarreationem aut coëmptionem fuerint celebratae, eo ipso abs. as filiæ pa- que ulteriori patris emancipatione, eas transiisse ex potestate pa- triam potes-tris, in potestatem mariti, alii contra assentibus, solis nuptiis, statem apud etiam per confarreationem & coëmptionem celebratis, filias non Romanos liberatas fuisse à patria potestate, si non insuper emancipatio ac- fuisse solu- cesserit, quæ posterior sententia antiquitatibus Romanis est magis tam. conformis. Vide Dissert. de Uf. pr. tit. Inst. de his qui sui &c. c. I. §. 6. lit. m. & §. 11. lit. s. & latius in dissert. de Uf. pr. tit. Inst. de nuptiis c. i. §. 4. lit. k. n. 6. & 12. & §. 6. lit. u. p. 21. item §. 7. lit. nn.

§. II.

Itaque veteres Romani tantum duos modos *Duo modi* solvendæ patriæ potestatis agnoverunt, mortem & *antiqui sol-* voluntatem patris. Dignitas enim nulla, quam e- *vendipat*. minens etiam est, ut ex Dionysio Halicarnasseo *poteſtas mors* jam alibi ostensum, filium familiæ à potestate patris *& voluntas patris.* liberare poterat. a)

a) Vid. Dissert. de Uf. præt. tit. Inst. de patr. potest. c. i. §. 5. 6.

§. III.

Mortem quod attinet, de eo nullum est dubi- *Mors Natu-* um, quin morte patris & filii extingveretur etiam *valis patris &* jure gentium patria potestas, a) quod vero morte *filiij quo jure* avi nepotes non semper liberarentur à potestate *solvat patri-* patris, peculiare Romanis erat, non tamen répu- *am potesta-* gnante jure gentium. b)

a) Pr. Inst. b. t. Nam mors omnia iura solvit, & patria Regulariter potestas personale quid est, ad heredes non transiens. *jur. naturali.*

B

b) Quia

10 DISS. IN AVG. DE VSV PRACT. TIT. INSTIT.

Exceptio de morte avi  
intuitu ne-  
potis est ex-  
jure civili.  
*et siog m  
lens m*

b) Quia enim jus Romanum impediens potestatem patrem, alias jure Gentium cui libet patri in filios suos competenter, eo in casu, si pater adhuc esset in potestate avi; recte rationes ex actione maxime convenientes erat, ut sublatu isto impedimento vires suas exeret potestas haec tenus impedita, & ita mortuo avo nepotes non fiebant subjuris, sed manebant in potestate patris viventis, & non emancipati. d. princ.

§. IV.

Mors civilis patris & filii num introduxit etiam mortem civilem<sup>a)</sup>. Itaque etiam patris sive pater sive filius ab hostibus capiantur, aut servi am potestas poenae fiant, aut deportentur cum reliquis juribus tem solvit. civitatis, etiam patria potestas extinguitur. b)

Libertaris & a) Inter eunt autem homines, inquit Ulpianus, l. 63. §. fin. civitatis a. pro socio, maxima sui media capituli diminutione, aut morte. Idem missio cur l. 59. §. fin. de Cond. & demorfr. notavit, servitutem morti affini- mors dicatur. lari, quia videlicet de jure Romano, servi & peregrini non magis sunt juris civilis participes, quam mortui.

Remissio ad b) §. 1. 3. 5. Inf. b. t. Quinam autem siant servi poenae, tit. de capit. item, quid sit aquæ & ignis interdictio, deportatio, relegatio, exilium, suo loco exponetur de usu prædicto tituli Infit. de capit. dimin.

De restitu- b) Interim id facile intellectu est, quod pater & filius, si de- portentur, cum reliquis juribus civitatis, etiam amittant jura pa- tit. de capi- triæ potestatis, & jura filiorum familias, nisi a principe restituantur per omnia §. 1. bic. Nam generalis remissio, nil nisi veniam delicti, & redditum in patriam indulget, l. 2. & 3. ff. l. 1. 2. 3. 4. 9. C. de sent. poss.

Derelega- Sinul vero evidens est, cur nuda relegatio patris aut filii in insulam, quæ jura civitatis non adimebat, jura pa- tion. triæ potestatis intacta relinqueret, §. 2. bic.

§. V.

§. V.

Ergo captus ab hostibus, sive pater sive filius, *Captorum ab tanquam si mortui essent, ille jus patriæ potestatis hostibus jura amittit, hic in patria potestate esse definit, a) quia extinguntur servi hostium facti sunt, adeoque non in suspensiō non sunt in sunt illa jura, et si Justinianus, Ulpianum fecerit, suspensiō, sed aliquando jure postliminiū recuperantur. b) sed si de captivitate evaserint, jure postliminiū recuperantur. c)*

a) *Cajus lib. 1. Inſtit. tit. 6. §. 3. Si ab hostibus pater captus fit, in potestate, quamdiu apud hostes fuerit, filios non habebit. Sed Verba Cajī ſi de captivitate evaserit, jure postliminiū omnem, ſi uti in aliis rebus, ita & in filios recipit potestatum.*

b) *Ulpianus in fragm. tit. 10. §. 4. Si pater ab hostibus captus Ulpiani & fit, quamvis servus hostium fiat: tamen cum reversus fuerit, omnia Justiniani de priſina iurare cipit, jure postliminiū. Sed quamdiu apud hostes est, suspensione patria potestas in filio eius interim P E N D E B I T. Hanc vero prae loquentia, oculis habuisse Julianum, docet §. 5. hic. Si ab hostibus captus parens, quamvis servus hostium fiat, tamen P E N D E T jus liberorum proprii jus postliminiū, & mox: jus quoque potestatis parentis in S V S P E N S O effe &c. Nam quod pender, non est extin- Minus ac- cum, nec recipitur proprii, sed suspensione remota continuatur. curate. Extincta enim recipiuntur. Adde quod is, qui aliena potestatis est, alium non possit habere in potestate l. 21. ad l. Jul. de adulteri.*

c) *Vide loca Cajī & Ulpiani modo descripta §. 5. hic. Ne-Ulus obser- que putet, pertinere hanc obſervationem nostram, ad subtilitates vationis hu- inutiles & logomachias. Ulus enim est, quod interim liberi nu- jus, prias contrahant efficaciter, sine consensu patris, res acquirant, testamenta condant, omniaque ut patresfamilias agant, ac pater postliminio reversus, recipiat quidem patriam potestatem de no- vo, & ita simul potestatem in liberos, ex iſtis nuptiis genitos, jus in bona interim à filio acquisita, testamentum etiam filii viventis corruat, l. 15. de suis & legit. hered. ubi & Papinianus utitur termi-*

12 DISS. IN AVG. DE VSV PRACT. TIT. INSTIT.

no S V S P E N S I Juris, nuptias tamen ipsas non possit nullas declarare, tanquam sine consensu suo contractas, quod tamen dicendum foret, si jus patriæ patefatis saltem suspensum fuisset. Nunc cum filius, cuius pater ab hostibus captus est, revera interim sit homo sui juris, patris etiam consensu in nuptiis non habet opus. Et si Huberus d. *disput. 16. Fundam. jur. §. 9.* putet, valere has nuptias, quasi patris iussu contractas fuissent, de qua tamen fictione nihil memini me in jure Justinianeo legisse. Ita similiter puto valere alienationes filii interim factas, nec rescindi eas à patre posse; quia eadem est ratio.

§. VI.

*Jus postlimi-  
nii, quid. Et-  
atio postli-  
minii.*

Jus postliminii unde dicatur, Grammaticis relinquimus. a) Est vero jus postliminii jus, quo, qui captus ab hostibus & tempore belli b) reversus est, perinde omnia recuperat, ac si captus ab hostibus non fuisset, nam singit postliminium, eum in civitate semper fuisse, c) unde solet appellari, fictio postliminii.

*Etymologia*

a) Cicero in *Topicis cap. 8.* In verbo postliminii Servius notes, ut opinor, nihil putat esse notandum, nisi POST, & LIMEN, illud productionem esse verbi vult, ut in infinitimo, legitimo, non plus inesse T M V M, quam in meditullio TULLIVM. Scavola autem junctum putat esse verbum, ut sit in eo & POST, & LIMEN, ut, que à nobis alienata sunt, cum ad hostiem pervenerint, & ex suo tanquam limine exierint, dein cum redierint POST ad idem LIMEN, postlimino videantur redisse. Scavolam secutus est Justinianus §. 5. b/c, verbis prolixioribus, & à scopo Institutorum alienis. Confer Grotium de Jure belli & pacis lib. 3. c. 9. §. 1. & ibi commentatores.

*Definitio  
juris postli-  
minii.*

b) Reliqua definitionis verba, latius exponit Huberus d. *disput. 16. th. 12. 13. 14. 15. & Parte 2. digress. lib. 1. cap. 19.* Conf. Osiel, ad *Cajii insti.* p. 93. seqq. Maluimus tamen adhibere in defini-

nitione verba tempore belli, quam cum Hubero d. dispu. 16. §. 13.  
 & d. cap. 19. §. 8. requirere, ut captivus redeat eodem bello. Et si  
 enim rationem asserti sui det Huberus ex Tryphonio l. 12. pr. de  
 captiv. & postlim. revers. : quod qui pace facta revertatur, careat  
 beneficio postliminii, nisi pacis conditionibus aliter sit cautum ;  
 haec ratio tamen saltem innuit, quod jus postliminii cellet tempo-  
 re pacis, non tempore belli, non vero requirit, ut quis revertatur  
 eodem bello. Adde Grotium d. l. §. 4. & ibi commentatores.  
 Ceterum quomodo redeat captivus tempore belli, parum inter-  
 est, utrum dimisitus, an vi vel fallacia, potestatem hostium evase-  
 rit, ita tamen, si ea mente venerit, ut non ad hostes reverteretur,  
 notante Florentino l. 26. eod. tit.

c) §. 5. hic, salvis tamen limitationibus ad §. preced. lit. c  
 adductis.

### §. VII.

Quod si autem pater, qui ab hostibus captus <sup>Figmentum</sup>  
 est, in captivitate moriatur, ab eo tempore, quo <sup>fictionis legis</sup>  
 ab hostibus captus est, filii statim sui juris esse effe- <sup>Cornelia ab</sup>  
 eti, ex supra dictis intelligentur, a) non vero <sup>videntur, interpretibus</sup>  
 ut Justinianus iterum, b) quæ nota improprietatis <sup>excitatum,</sup>  
 est, quod non animadverentes interpretes, intro- <sup>si pater in ca-</sup>  
 duxerant sine ratione hic fictionem Corneliae, <sup>pivitate mo-</sup>  
 cum tamen in casu, de quo agimus, nulla fictione sit  
 opus, c) & lex Cornelia de nostro casu plane nihil  
 disposuerit, sed saltem in specie de testamentis eo-  
 rum, qui apud hostes moriuntur. d)

a) Ita loquuntur Caius l. 1. Inst. tit. 8. §. 2. & Ulpianus in  
 fragmento d. ut. 10. §. 3.

b) §. 5. hic.

c) Quia enim captivitas erat mors civilis omnia iura tollens Nulla fictio-  
 ideo secuta morte patris naturali nulla opus erat fictione, ut partia ne hic opus,  
 potestas.

neque ejus  
mentio sit  
à Jctis Ro.  
manis.

potestas retro à tempore captivitatis sublata videretur, sed quod semel extinctum fuerat, manebat extinctum, & liberis simpliciter sui juris manebant, uti statim post captivitatem facti fuerant. Reverso vero patre, ut desinerent, quod erant, opus erat fictione, quam postliminium suggerebat: atque adeo Jcti ad duplensem hunc eventum respicientes priore casu non ad fictionem legis Corneliaz provocarunt, sed ea saltem, quæ ex principiis juris per necessariam interpretationem sequerantur, declararunt. l. 6. §. ult. de tutel. l. 1. §. 2. ad SC. Maced. l. pen. de suis & legit. hered. Ita & Theophilus in parapbr. ad h. t. recte infert, quod, si unus filiorum ex peculio profectio interim, antequam pater captivus apud hostes moreretur, aliquid lucratus sit, id cum reliquis communicare non teneatur, verum solus retinere possit &c. Ait quidem Ulpianus l. 18. de captiuis in omnibus partibus juris, eum qui reversus non est ab hostiis, quasi tunc decepsisse videri, cum captus est; Sed hoc nihil quam comparationem mortis naturalis cum civili, quæ servitute contingit, significat; id est, qui captus est, mortuus esse videretur. Similitudo hæc est, non fictio. Fictio enim supponit, quod non accidit. Ita deportatio apud Romanos etiam erat species mortis civilis, neque tamen deportatio propterea dicitur fictio. Ita apud nos hodie carcer perpetuus solet morti æquiparari, sed tamen nec hic sub carcere subest fictio. Adde Huberum dict. Disput. 16. §. 10. & part. 2. digress. lib. 1. cap. 20.

**Lex Cornel.** d) Vide l. 12. qui testam. fac. poss. l. 28. de vulg. & pup. subst. plane non e. l. 6. §. 12. de injust. rupt. irr. fact. test. l. 12. §. 1. l. 22. §. . de capt. & git de libe. postlim. revers. Anton. Augustin. de Legibus SCtis &c. p. 57. quod rat. à patria minor pretervidisse Huberum. Unde potius hac lex Corneliaz potestat, sed ex principio juris communis, quod captus ab hostiis habeatur solum de te. pro mortuo, per modum conclusionis deducta est, quam, ut ex stament. ca. hac lege Corneliaz illa comparatio captivitatis cum morte, orta ptivorum in fuerit, unde nova oritur demonstratio, interpretes inconvenientem magnam oriretur ratio dubitandi, an testamentum ejus, qui morienti- ter illam comparationem habere pro fictione legis Corneliaz. Cum enim magna oriretur ratio dubitandi, an testamentum ejus, qui apud hostes ut captivus moreretur, valere deberet, cum testa- men-

mentum ejus, qui capitis diminutionem passus fuerit, irritum fiat, & saltet reconvalescat, si testator mortis tempore sua potestatis fuerit §. 4. & 6. *Inst. quib. mod. test. infirm.* Cornelius Sylla definitivit, id testamentum tamen valere ex ratione quod testator captus ab hostibus momento captivitatis mortuus esse censatur. An vero sc̄ti haec legem Corneliam explicantes, quorum aliquod ab initio hujus notæ allegavi, semper in illa ratione legis Corneliae manserint, nec ne, non ad præsentem titulum, sed ad titulum, quibus modis testamenta infirmantur, pertinet.

§. HX.

Voluntate patris non qualilibet, sed solenni id *Emancipatio* est emancipatione patria potestas desinebat. Est triplex 1.) vero emancipatio triplex, Vetus, Anatoliana & Ju-*Vetus*. stiniana. a) Vetus siebat b) imaginaria venditione, tria in filiis, una in filiabus, vel nepotibus ex filio, adhibitis certis ritibus & formulis & constituto patre fiduciario.

a) §. 6. bie.

b) Veterem emancipationem præ aliis distinctissime describit Caius lib. I. *Inst. tit. 8. §. 3.* Item per emancipationem filii sui veteris e-  
juri efficiuntur. Sed filius masculus tribus emancipationibus de po-  
testate patris exit, & sui juris efficitur. Mancipatio autem, hoc est nis ex Cajo  
manus traditio, quedam similitudo venditionis est : quia & in e-  
mancipationibus præter illum, hoc est certum patrem, alias pater ad-  
hibetur, qui fiduciarius nominatur. Ergo iste naturalis pater filium  
suum fiduciario patrē mancipat, hoc est, manus tradit : a quo fiducia-  
rio patre naturalis pater unum aut duos nummos quasi in similitudi-  
nem pretii accepit, & iterum eum acceptū nummis fiduciario patrē tra-  
dit. Hoc secundo & tertio sit, & sic de potestate patris exit. Quæ  
tamen mancipatio solebat ante Presidem fieri, modo ante Curiam fa-  
cienda est : ubi quinque testes cives Romani in presenti erant, & pro  
illo qui Libipens appellatur, id est, flateram tenebat, & qui dñeſta-

115

Et Theo-  
philo.

ens appellatur, alii duo, ut septem testium numerus impleatur. Tamen cum tertio mancipatus fuerit filius à patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pater, ut ei à fiduciario pare remani- petur & à naturali pare manumittatur: ut, si filius ille mortuus fu- erit, ei in hereditate naturalis pater, non fiduciarius succedat. Fe- mina vel nepotes masculi ex filio una emancipatione de patris vel avi exequunt potestate & sui juris efficiuntur. Et bi ipsi quamlibet una e- mancipatione de patris vel avi potestate exceant, nisi à patre remanci- pati fuerint, à naturali pare manumissi, succedere eis naturalis pater non potest, sed fiduciarius, à quo manumissi sunt. Nam si remanci- patum fili naturalis pater vel avus manumiserit, ipse eis in hereditate succederet. Addo Theophilum in parabasi S. b. h. t. ex quo se- quentia ad illustrationem dictorum à Cajo pertinentia erunt nou- tanda: *Quinque aderant testes, & libipens flateram & nummum æreum ferens, & medius aliquis. Deinde medius ille his presentibus filium de patre emebat, dabatque quasi in similiudinem pretii unum illum nummum & ita filius in potestatem medii illius transibat, loco servi futurus: & eum medius ille vindicta manumittebat. Sed is tacita quadam ratione in patris potestatem recurrebat. Jam iterum igitur eum pater vendebat, idque eundem in modum, & emtor eum rursus vindicta manumittebat. Atque iterum tamen tacito in patris potestatem revertebatur. Tertium ergo vendebatur & ita solvebatur patria potestas. Vindictaque manumittebatur & ita sui juris siebat. Adde etiam Ulpiani fragm. iii. 10. §. 1. Videtur autem haec ima- ginaria venditio à JCis ex potestate quam Romulus patri conces- serat ter vendendi filium ad fictionem traducta esse, ut latius pro- bavit Dn. Praeses diff. de Usp. præf. Inst. de patr. potest. c. 1. §. 31. seqq. Pater fiduciarius à fiducia dicebatur. Fiducia vero est lex redhi- bendi vel revendendi venditioni apposita. Et in emancipatione naturalis pater fiduciari cum emtore imaginario contrahere dice- batur, cum filium ea lege ipsi mancipabat, ut eum post tertiam venditionem sibi iterum remanciperet, ut ipse pater naturalis ter- tio filium manumitteret & ita jus succedendi sibi acquireret. Vid. Oisel, ad Caji insit. p. 96. & 100. seqq. Ideo autem pater fiducia- rius antestatus dicebatur, quia testato sive testibus adhibitis con- venie-*

QVIB. MOD. IVS PATR. POTEST. SOLVITVR. 17

veniebatur, scilicet testibus quinque puberibus civibus Romanis, in quorum & libripendis praesentia emancipatio fiebat. Postea loco libripendis & patris fiduciarii alii duo testes fuere adhibiti. Oisf. d. l. p. 98. 99. ubi etiam distincte docet, quomodo in loco Caii descripro Anianus, tanquam insignis juris decolor omnia jura, vetera & nova, liquida & crassa, quasi in unam ollam, absque judicio, concererit, partim in verbis modo ante Curiam; partim in verbis: *& pro illo qui libripens appellatur &c.* cum tamen statim iterum patris fiduciarii mentionem injiciat.

§. IX.

Cum vero haec imaginariae ambages posteritati displicuissent, a) Anastasius imperator constituit, <sup>2.)</sup> *Anastasius.* ut exemplo adoptionis, emancipatio fieret per rescriptum principis, b) libello supplici a parentibus c) oblato, & postea competentibus judicibus insinuato rescripto imperatoris.

a) Quando desierit vetus emancipatio equidem certo non constat. Ostensum tamen est a Dn. Praeside de *Uf. Pr. tit. instit.* Conjectura. de adopt. c. 1. §. 13. lit. b. & §. 27. lit. b. verosimile esse, istas antenatas formulas & solennitates sub imperatoribus paulatim in de-emancipati-fvetudinem venisse, & jam a Theodosio juniori omnes antiquas onem veter-formulas esse sublatas. Et cum arrogationem solennes formulae, rem paula-de quibus *ibid.* §. 3. lit. b. actum, jam Diocletiani tempore non tim in desve-amplius in usu fuerint, sed arrogationes per rescriptum principis tudenem ve-hiri iubarentur l. 6. C. de adopt. non etiam est a vero ab simile etiam nisse, & li-ante Anastasius emancipationes factas esse per rescriptum vel in beros per rea-scriptis arg. l. 2. & 3. C. de emanc. liber. qua sunt ejusdem Diocle-tiani. Sed ea de re distinctius pronounce non possumus, quia emancipa-prudentia Tribonianii factum, ut de emancipatione per rescriptum principis non nisi rescriptum Anastasi in Codicem relatum sit.

b) L. 5. C. de emanc. liber. In qua præterea & illud notabile Cur *Anasta-* est, quod imperator loquatur de casu, si parentes liberos vel absen-tius mentio-

nem fecerit  
liberorum  
absentium  
vel in judi-  
cio non  
presentium?  
Res dubia.

tes & perege degentes, vel in iudem locis seu regionibus, vel civitatis  
bus commorantes, in judicio vero non presentes, per emancipationem  
juris sui constitucere maluerint. Ad quam circumstantiam miror  
nihil annotatum fuisse a Dionysio Gothofredo, nec à Glossatoris  
bus, nisi quod hi obseruavent, pro absente haberi, qui absit à  
judicio. Et utique dubium illud subesse viderit. Annon ad  
hanc circumstantiam legem hanc suam restringere voluerit Ana-  
stasius, ut, si filii emancipandi presentes sint in judicio, emanci-  
patione per prescriptum non procedat? Scio quidem in legibus Co-  
dicens argumenta à contrario sensu non ubique procedere, scilicet  
in constitutionibus imperatorum ubi Imperatores per Epistolam  
de jure consulentibus aut supplicantibus respondent, vel per De-  
cretum, inter partes litigantes causa cognita, sententiam dicunt,  
sed alia ratio est in mandatis, quando proprio motu certis perso-  
nis aliquid injungunt, & in Edictis, quando proprio motu gene-  
ralem ac omnes obligantem legem promulgant, ad quæ videtur  
etiam pertinere hæc lex Anastasiana. Deinde non apparet ratio,  
cur liberi in iisdem locis seu regionibus cum patri-  
bus emancipate voluntibus commorantes in judicio non fuerint  
presentes?, vel enim non potuerint ex justa causa impediendi ades-  
se, vel noluerunt. Si prius, cur imperator id non dixit, si in ju-  
dicio non potuerint esse presentes? Si posterius, indicio est, quod  
liberi noluerint consentire in emancipationem, & tamen Impera-  
tor Anastasius postea jubet, ut illi consensum suum declarant.  
Quod si forte ad insantes, quorum in fine legis mentionem fecit,  
in illis etiam verbis respergit, & hoc poterat duobus verbis expri-  
mi. Verum nihil hic definire volo destitutus necessariis ad id sub-  
sidii, sed dubia hæc saltē ulteriori allorum discussioni relinquo.

*An emancipatio dicitur de libertate, verbis: superque precibus à semet oblatis ad quæ  
patio per re. Dionysius Gothofredus notat, emancipationem non posse fieri per  
scriptum et procuratorem, idque latius probat. Sed uti quidem hæc obser-  
viam admisit. Propter de emancipatione solenni illa antiqua, qua erat actus le-  
git procura. g. 77. de R. J. conf. dict. dissert. de adoptionibus c. 1. §.  
torem? J. lit. a. ita vercor, ut eadem dicenda sint de emancipatione per re-  
scriptum.*

QVIE. MOD. IVS PATR. POTEST. SOLVITVR.

scriptum principis, cum cesserent ibi illa rationes. Concedo quidem regulariter subscriptissime ipsos patres libello supplici, sed nullam causam video, cur procurator, speciali mandato ad imperium transdam hanc emancipationem instructus, non fuerit admissus, neque eam vim latere in verbis: a semet arbitratur.

§. X.

Placuit vero Justiniano, a) veterem illam emancipationem, quasi & illa adhuc tum temporis nianca in usu fuisset, b) peculiari lege abrogare, & liberum relinquere, an quis Anastasiana emancipatione uti velit, an statim magistratum competentem adire, & coram eo filio consentiente declarare, quod cum emancipet, & ex potestate sua dimitat. c)

a) §. 6. b. i. l. ult. Cod. de eman. lib. Quæ vero utroque Remissio ad Justinianus immisceretur, de juribus patri salvis, item de successione, aliis titulis, & legitima parentum tutela, de his singulis, ad alios Institutos, titulum titulos, suis locis agendum erit.

b) Ita enim incipit dicta ult. C. Cum inspeximus in emancipationibus vanam OBSERVATIONEM CVSTODIRI, quod temeritatem & venditiones in liberis personis figuratas, & circumductiones inex- plicabiles & injuriosa rhabatismata, quorum nullus rationabilis inventio, ani emancitur exodus, jubemus, hujusmodi circuitu in posterum quiescence &c. patio vetus. Alter tamen scribit, in praefatione Nov. LXXXI. Nam si emancipi in usu- rationis actio DVDBVM quidem, & per eas, que nuncupantur legis erit, actiones, facta cum injuriis & alapis liberabat eos hujusmodi vinculis &c. Non equidem hic disputabo, an per rhabasmata hic alapsi sint intelligenda, an tactus virgæ Prætoria, seu iudicis vindictæ, quales constat olim in manumissionibus intervenisse, vide Franc. Balduinum, Justiniani l. 3. p. 271. seq. Dionys. Gorhofred. in not. add. l. ult. C. & add. Nov. 81. id saltē notabo, eleganter

20 DISS. IN AVG. DE VSV PRACT. TIT. INSTIT.

Sed Tribonius eundem Baldum d. l. obseruasse, dudum ante Justinianum de-  
nianum ex sisse emancipationum antiquas fabulas, sed ex imprudentia col-  
lectorum multa in Pandectis, de illo antiquo ritu, fuisse memoria  
ta multa de ta, ac si adhuc in usu essent. Sed cum hac fabula, inquit, agi de-  
emancipati-  
suffet, non debuerat Tribonianus Pandectis adscribere multa, que ex  
one veteri  
ea descendunt. Nam quorsum in ea resert illud Pauli : Emanci-  
retulisse in pari neminem posse, nisi in imaginaria servilem causam deductus sit.  
pandectis. 1. 3. §. 1. de cap. minut. Certe hoc ante Justinianum quoque Ana-  
stasius falsum esse, ostenderat. Quorsum apud Ulpianum dicitur filius capite diminuimus, cum emancipatus significatur ? 1. 3. §. ult. ad SC. Maced. Quorsum ex eodem relatum est, filiam, cum emanci-  
patur, vel nepotem, una emancipatione exire de potestate 1. 5. de inj.  
rupt. Lex antiqua, que tres mancipationes requirebat, tantum lo-  
guebatur filio familiæ. Nam filio familiæ vel nepos semel tantum  
mancipabatur, & semel manumissus siebat sui iuri. An bonus Tri-  
bonianus putabat, tale aliquid, ramque obsoletum discriben, ad su-  
am quoque atatem peritare ? Et quorsum totus ille titulus si à pa-  
rent. quis manum fuer. Quorsum toties mentio fit patris manu-  
missoris ? Quorsum contrahit fiducia ? 1. 2. sed neque ad SC. Ter-  
tull. Fiducia contrahit dicebatur, cum pater filium &c. (vide jam  
supra dicta §. 8. lit. b.) Atqui diu antequam Pandectæ cederentur,  
totæ hæc fiducia ratio & conseruatio evanuerat, tametsi Justinianus pa-  
tri emancipanti tribui jus illud voluerit, quod contrahitæ fiducia tribue-  
batur. Tantumque abest, ut aliquid ex veteri ceremonia tunc super-  
effet, ut etiam principis rescriptum, quo solo posse simpliciter confici e-  
mancipatione Anastasius confituerat, Justinianus non esse necessarium  
edixerit. Ergo multis sentibus & spinis liberata erat Jurisprudencia,  
misi earum tribulos & aculeos Tribonianus Pandectis aspergisset.

An emanci-  
patio Justi-  
niana de-  
bet fieri us  
Anastasianæ, quod  
consensu rescriptum, nihil immutaverit Justinianus. Illustrantur dicta,  
filii, per ea quæ habet Harmenopolus Promptuarii lib. 1. iii. 17. §. 8. in-  
terprete

QVIB. MOD. IUS PATR. POTEST. SOLVITVR. II

terprete Iohanne Mercero. *Qui est filium emancipaturus, compa-*  
*tentem adeat judicem, apud quem bac utatur verborum formula:*  
*HVNCE sui juris esse patior, meaque manu mitto.*

§. XI.

Addit Harmenopulus, a) aliam deinde editam constitutionem à Leone Imperatore, b) quæ *ta expatria* adhuc faciliorem redditum emancipationis viam. *poteſtate ex* Statuebat enim, satis esse, si pater permitteret filiū rem suam sibi agere. Sed hæc constitutio, patriter ut reliquæ Leonis, non videtur unquam magne fuisse auctoratis. c)

a) Excerpta sunt hæc usque ad verba: *sibi agere, ex Franc.* Locus Harmenopuli commentario ad §. 6. *Inſtit. hic.* Sed nec locum Harmenopuli indicat Balduinus, nec constitutionem ipsam Leonis. Ex novella statut autem locus Harmenopuli d. l. i. tit. 17. §. 9. At Novella Casarialis Leonis alter statuit. Ejus haec sunt verba: *Quoniam inter pa-* ne Leonis.  
*nem opem, quibus filius est potestate patria exire, hic quoque commemo-*  
*ratur; scilicet tutela filii est commissa ac demandata, sive pater sive a-*  
*vus ore proprio liberum eum ac sui juris efficerit: nos illud insuper ad-*  
*jicimus; si filius durat atque sibi constans, & certum ac stabile vita genus*  
*inſtituerit, ac delegerit, eis non lingua, sed alioqui tacito conſenſu pa-*  
*ter filio privatim res suas prudenter, & studioſe gerenti minime adver-*  
*sans, per se vivere conſeffit, valere & banc potestatis patria ſolutio-*  
*nem, quamvis ad eam nec dum pervenerit atatem, qua matrimonium*  
*contrahere poſſit.*

b) Constitutionem Leonis indicat Giphanius in comment. Novella Leonis 25. ad §. 6. *hic p. 67.* Et & quarta Leoniana ab imperatore Leone intro-  
duita. Novella Leonis 25. de qua & Harmenopuli lib. i. tit. 15. In allegando tamen titulo Harmenopuli, sphalma commissum est.

c) Sic enim pergit Giphanius: *Leoniana, ut plerique ejus Leonis No-*  
C 3 *inſtit-*

22 DISS. IN AVG. DE USV PRACT. TIT. INSTIT.

Vellarum exigua autoritas et iam apud Græcos. instituta in usum non fuit recepta, ut de ejus Novellis ostendit Dominus Cujacius libro 12. obs. Sed hic iterum sphalma subest, nam in lib. 12. Cujacius nihil de Novellis Leonis. Legendum igitur lib. 17. obs. 31. ubi Cujacius probat, quod haec Leonis constitutiones non tantum à Latinis non sunt receptæ, sed etiam apud Græcos non magna eorum fuerit autoritas. Adde Dion. Gothofr. in notis ad proam. Novell. Leonis lit. b.

§. XII.

Emancipatio a voluntate patris dependet.

Diximus, a) emancipationem esse modum finienda patriæ potestatis, a voluntate patris dependentem. Generaliter autem illa libertas parentum hic in institutionibus declaratur, quod etiam auctor liberum fuerit, utrum filium & nepotem simul, an filium solum vel nepotem solum emancipare vellet. b)

a) Supra §. 2. & §. 8.

b) §. 7. hic.

§. XIII.

Id est (1.) li.  
liberi non pos-  
sunt cogere  
parentes ad  
emancipatio-  
nem.

Continet autem ista assertio, de emancipatione à sola voluntate patris dependente, duas partes. Unam, quod liberi nullo modo possent cogere parentes ad emancipationem, a) quam & Imperator repetit. b)

a) Diserte Marciatus l. 31. de adopt. Non potest filius, qui est in potestate patris ullo modo compellere eum, ne sit in potestate, sive na-  
turalis, sive adoptivus.

b) S. ult. hic, nisi, quod Imperator loco: ullo modo dicit: ullo pene modo, ob statim dicenda. Sic & Papinianus l. 8: in fine unde liberi dicit: nec F A C I L E pater emancipare filium cogi poterit.

§. XIV.

§. XIV.

Quemadmodum vero alibi *a)* notatum est, *Dissentus do-*  
*Imperatores in statu monarchico, variis modis re-* *ctorum de-*  
*strinxisse patriam potestatem veterem civium Ro-* *numero limi-*  
*manorum, & multa etiam in doctrina de arrogatio-* *tationum*  
*nibus, & adoptionibus mutasse; ita quoque nul-* *bujus regu-*  
*lum est dubium, etiam regulam de non cogendis*  
*parentibus ad emancipationem, limitationes ali-*  
*quot jam ante Justinianum sub Imperatoribus pas-*  
*sam fuisse, et si de earum numero non unanimes sint*  
Dd. *Tres emancipat Brunnemannus, b) quatuor*  
*Feltmannus, c) quinque communiter alii. d)*

*a) Dissent. de Ius. præf. tit. de patria potestate c. i. §. 22. seq.*  
*& de Ius. pr. iii. de adopt. c. i. §. 12. seq.*

*b) In Comment. ad l. 31. de adopt. scilicet in versiculis mox*  
*referendis, modum primum, secundum, & quartum.*

*c) In Comment. ad l. 32. eod. tit. addens scilicet præcedenti-*  
*bus tribus, modum qui in versiculis tertio loco commemoratur.*

*d) Ut Huberus dicit. disput. fundam. 15. §. ult. & in prelect.*  
*ad b. t. circa finem. De quibus concepit sunt versiculi non ignoti.*

*(1) Si genitor servus sit, (l. fin. si à parente quis manum.) pro. Versiculi de*  
*limitatione  
situative pudorem.*

*Natae, (l. 12. C. de episc. aud.) aut (3) pupillo forsan damno- bus illis.*  
*fus adoptet, (l. 32. de adopt.)*

*(4) Legatum (l. 92. de cond. & demonstr.) aut (5) Nummos*  
*(l. 1. §. 3. si quis à par. manum.) capiat si hac condi-*  
*tione.*

*Invito solvi poterit genitore potestas.*

§. XV.

Sed hæ exceptiones non sunt ejusdem generis, *Monita de*  
*&c de singulis.*

& de singulis plura seorsim monenda. Coëgit quidem Imperator Trajanus patrem sœvum emancipare filium, sed tum quidem hæc poena extraordinaria, vim legis communis non habebat. a) Quæ Antoninus Pius de impuberibus arrogatis post pubertatem, si velint, emancipandis disposuit, non tam ad restringendam patriam potestatem, quam ad impediendam arrogationem impuberum resperherunt. b) Liberos regulariter non posse cogere parentes, etiamsi ipsis legatum sit sub conditione, si liberos emancipaverint, aut sub modo, ut emancipient, verius est. c) Quid vero Ulpianus, extra ordinem id fieri posse, statuat, neque cum aliis juris principiis bene cohaeret, neque ex rescripto Severi æque irregulari multum corroboratur. d) Sed & de patre, nummos accipiente à tertio, ut filium emanciperet, non asseritur à JCo, quod filius patrem ad emancipationem cogere possit. e) Denique exceptio, de patre filiam prostituente, etiam non videtur respicere ad coactam emancipationem, sed ad modos, quibus parentes invitati, sine emancipatione, amittunt patriam potestatem, in poenam delictorum, quales adhuc plures sunt, ut statim dicemus.

De mala a) Ita enim Papinianus d. l. fin. si à parente quis manum, tractatione fuit  
erit: Divus Trajanus: filium, quem paternale contra pietatem as-  
contra pie- ficebat, coëgit emancipare; quo postea defuncto pater, ut manu-  
tatem, cām missor, bonorum possessionem sibi competere dicebat: sed consilio Ne-  
non facere rati Prisci & Arisonis, ei propter necessitatem solvenda pietatis den-  
generalem gata est. Vides, hic Trajanum non generaliter iusisse, ut patres  
exceptione, liberos contra pietatem afficienes cogantur eos emancipare, sed  
extra

extra ordinem alicui patri pena loco irrogasse, ut filium emanciparet, quæ adeo ex ipsius Justiniani principiis personam transgre-  
di non debet. *S. 6. Inst. de J. N. G. & C.* Nec obstat, quod jam  
non consideranda sit, ut constitutio Trajanæ, sed ut Justiniani, cum  
casum in Pandectas reulerit, adeoque vim legis generalis ei tri-  
buerit, illam enim consequentiam nego, quod hoc modo ex con-  
stitutione personali generalis facta fuerit, sed id saltem effectum  
est, ut jam consideranda sit, ut constitutio Justiniani, scilicet per-  
sonalis. Cur vero inquis, eam in Pandectas retulit, si non de-  
beat habere vim legis generalis? Jura enim non in singulas per-  
sonas sed generaliter constituantur *l. 8. ff. de LL.* Id ex ipso que-  
re Justiniano vel Tribonianæ, qui & alibi ejusmodi constitutiones  
singulares recitat, quas inter duplex exemplum in *l. 2. ff. de bis qui*  
*suivit al. jur. sunt;* de constitutione in Julianum Sabinum & Umbri-  
ciam matronam primis Justinianæ notum est. Quamvis etiam  
possit dicere, id in *l. fin.* de qua agimus, generale esse, quod pa-  
ter ad emancipationem coactus non uti possit jure successionis ob-  
verba finalia *d. l.* Adde quod illi, qui volunt, hic in genere con-  
tineri, patres ob servitiam cogi posse ad emancipationem, non ob-  
servaverint, verbis nimis generalibus à Papiniano describi cau-  
sam, ob quam Trajanus ad hanc extraordinariam coercitionem  
fuerit commotus. Etenim nimis vagum & obscurum est, in quo Et esse in se  
consistat id male contra pietatem filium afficere. Video equidem valde ob-  
Dion. Gothofredum in *notis ad banc l.* provocare ad Ciceronem securam.  
pro Cluentio. Sed si totam hanc orationem Ciceronis à capite ad  
calcem perlego, video quidem ibi exemplum matris, cum quovis  
portento & monstro comparande, nefarias nuptias cum genero  
contrahentis, & nihil mali, nihil sceleris omittentis, quod illa  
non ab initio filio voluerit, optaverit, cogitaverit, efficerit, cu-  
jusque criminis conjunctum & quasi per indicem *ibid. cap. 66. lege-*  
*re poteris;* video depictum ibi vivis coloribus statum populi Ro-  
mani virtuosissimum, & optarem, ut homines scholastici, qui quo-  
tiescumque Romanos nominant, piaculum se committente arbit-  
rantur, si non addant: *cordatissimos illos mortalium,* cum atten-  
tione totam illam orationem legerent, & cum encomium suum

**Adeoque** ullibi & usquam repertum esse credo. Quod si vero distinctior liberis pa- conceptus de mala contra pietatem trahatione filii, ob quam Traja-  
tum profu- nus voluit filium emancipari, non formetur, semper filio id ur-  
turam. genti opponetur, quod in omnium ore est, patrem, durum etiam,  
ramen esse patrem, & ex ipso Cicerone in dicta oratione pro Cluen-  
sio cap. 6. in judicio filios de turpitudine parentis dicere vix oport-  
tere, idque in communibus hominum sensibus atque in ipsa na-  
tura positum, atque infixum esse, porro facile intelligi, non mo-  
do reticere homines parentum injurias, sed etiam animo aequo  
ferre oportere &c.

**De adopti-** b) Papinianus l. 32. de adopt. Nonnunquam autem impubes,  
one damno qui adopatus est, audiendus erit, si pubes factus emancipari desideret.  
sa; Eam pri. Idque causa cognita per judicem flatuendum erit. Imperator Titus  
mario in Antoninus rescripsit, privignum suum iuori adoptare permittendum.  
zender ne Addit Marcianus l. 33. eod. Et si pubes factas non expedire sibi in  
impuberes potestatem ejus redigi probaverit, equum esse, emancipari eum a patre  
arrogentur. adoptivo: atque ita pristinum jus recuperare. Imo Ulpianus etiam  
de arrogatione puberum non multum dissimilia habet. l. 3. §. 6. de  
minor. Si quis minor 25. annis arrogandum se dedit, & in ipsa ar-  
rogatione se circumventum dicat, (singe enim a prædome hominem eum  
locupletem arrogatum) dico debere eum audiri in integrum se restituuen-  
tem. Etsi enim in prioribus duabus legibus Papinianus & Marci-  
anus adoptionis voce, non arrogationis utantur, contextus tamen  
ostendit, adoptionis termino hic eos usos esse in significatu genera-  
taliore pro arrogatione, & alibi ostensum est à Dn. Præside in dis-  
sert. de usu tit. Ins. de adopt. c. 1. §. 2. & 9. arrogationem fuisse ali-  
quot seculis antiquiorem adoptione in specie sic dicta. Adde  
ibid. §. 2. lit. b. Antoninum vero Pium non serio, sed ea intenti-  
one

one potius instituiss arrogationem impuberum, ut eos, qui im-  
puberes arrogare vellent, à proposito deterret, probatum fuit  
ibidem §. 18. Unde non fuit intentio Antonini, quod voluerit  
tradere exceptionem à regula, quo patria potestas legitime acqui-  
sita non debeat finiri, nisi ex voluntate patris.

c) Videamus initio leges hic pertinentes. Ita Marcianus De fidei-  
l. 114. §. 8. de legatis 1. Sed, si liberos suos emancipare rogatus fu- commisso-  
rit, (heres) non cogitur hoc facere: (à liberis, quibus hæc emanci- vel legato  
patio per modum fideicommissi relictæ est.) Potestas enim patria, patria relicta  
inæstimabili est. Sed qualis hæc est Marciani ratio? Esto, patria sub conditi-  
am potestatem esse rem pecunia inæstimabilem, quid hoc ad rem one, si filii  
præsentem? Est etiam libertas res inæstimabilis, iure Gentium um emanci-  
tamen quis libertatem suam vendere potest. Si patriam potesta- paverit. Nec  
tem pater, rogatus à testatore, putasset, hereditate sibi relictæ, & tum patrem  
stimator non posse, non debet hereditatem adire. At vero he- cogi potuis-  
reditate testatoris adita, & ita voluntate ejus ex parte sibi favora- se ad eman-  
ibili adimpleta, dolose agit, si sub hoc prætextu denegat adimple- cipationem.  
re testatoris voluntatem etiam in altero. Quid ergo dicemus de Expositio l.  
Marciano? An comparabimus eum cum Tribonianio, sententi- II 114. §. 8. de  
am, quod libertas sit res inæstimabilis, contra omnia juris princi- legatis 1.  
pia, imo contra sensum communem, applicante ad legem Æliam  
Sentiam? §. ult. Infl. qui & ex quib. caus. man. non poss. (vid. dis-  
ferr. de usu Præt. doctr. de impedim. manum. c. 1. §. 37. 38.) Absit.  
Respxit potius, quod regulariter saltem in causis pecuniariis, id  
est, pecunia æstimabilibus, fideicommissario darentur actiones  
adversus heredem arg. l. 2. C. de his que sub modo. At patria po-  
tentias, & liberatio ab ea, pecunia non æstimabantur. Unde fa- Idem dicen-  
cile intelligitur, quod in thesi diximus, non posse liberos parentes dum, si patri  
cogere ad emancipationem, etiamsi illis legatum sit relictum sub legatum sit  
modo, ut liberos emancipent per d. l. 2. Saltem de conditione sub modo,  
dubium est: ob ea, quæ leguntur apud Paulum recept. sententi. ut filium e-  
lib. 4. tit. 13. §. 1. Ea conditione heres institutus si liberos suos eman- manciparet,  
cipaverit, omnimodo eos emancipare cogendis est. Pro conditione e. Exponitur  
nim hoc loco emancipatio videtur adscripta. Sed ut taceam, obscu- Paulus re-  
rum

cept. sent. rum hic esse, cur Paulus dixerit, pro conditione hic emancipati-  
lib. 4. tit. 13. onem videri adscriptam, cum tamen expresse casum formaverit de  
S. I. conditione, (nisi forte dicere voluerit: Pro conditione enim hoc  
casu emancipatio ej. adscripta, non sub modo) ea Pauli assertio non  
proderit liberis. Nam cum legatum conditionale non possit peti  
nisi adimpta conditione, heres quidem non antea tenebatur le-  
gatum solvere, & ita ab herede, sed per indirectum saltem, cogi-  
poterat pater, liberos emancipare, si legatum peteret. Atque  
ad hunc casum videatur respexisse Paulus. At liberis ipsis in con-  
ditione positis id non proderat, si heres legatum solvisset, ut ipsi  
patrem cogerent ad emancipationem.

**Responsio** d) Ita enim Ulpianus l. 92, de cond. & demonstr. Si cui legatum fuerit reliquum, isque rogatus sit liberos emancipare: an cogi-  
ad Ulpiani legem 92 debeat (eos antiquo ritu emancipationis) manumittere? Et, reu-  
condit. & ne me dixisse, defici eos à petitione fideicommissi; neque enim praeor  
demonstr. fideicommissarius eos ad libertatem tuerit, ut servos. (Conf. d. 1. 2.  
partim no. C. de bis que sub modo) Papinianum quoque libro nono responsum  
biscum scribere referebam, non esse cogendum emancipare filios suos. (Ha-  
bitens ergo Ulpianus convenit cum excerptis ex Marciano in nota  
partim sen- precedente. Jam videamus cur idem sententiam suam mutave-  
tentiam mu- rit.) Arbitror tamen extra ordinem debere constitui (à principe,  
tantis. Ergo hic non subest decisio Ulpiani, sed consilium) cum, qui a-  
gnovit id, quod sibi reliquum est, hac contemplatione (id est sub hoc  
modo) ut liberos suos emanciparet, cogendum emancipare: Neque  
Sed absque enim debet circumveniri testantiam voluntas. (Hæc ratio prima  
justis ratio. nimirum generalis est, multis limitationes admittens. Sunt enim  
tibus, multæ voluntates testatorum ineptæ, non attendendæ l. 113. § fin.  
de leg. i. Sunt etiam multæ voluntates testatorum, ubi ipsorum  
non interest; quorsum & hæc referenda. Quid enim testatoris  
interest, an heres vel legatarius liberos suos manumittat, nec ne?  
&c.) Sic deinde hoc accipiendum, quemadmodum si sub conditione  
liberorum emancipandorum ei fuisset legatum, (Parum convenien-  
ter, nam legatum sub conditione, ante existentem conditionem  
peti

peti nequit) vel ita relatum, ut eos emanciparet. (At etiam tale legatum non dat liberis actionem, quia non est causa pecuniaria d. l. 2.  
**C. d. b. u que sub modo** Cui rei consequens est, quod D. Severus rescripsit: Quas neque nam cum quedam mulier nepotes suos heredes instituisse, & ipsum filium adiutum coheredem filii suis dedisset, eosque invicem substituisse, rogat ab Ulpiano setque filium, ut filios emanciparet, non autem roga esset, ut hereditatem eius restituere ex auctoritate Divi Severi, emancipare eos com- scriptum expulsus est, iisque restituere hereditatem; & adjectum est, ut, si tardius id faceret, quasi ex mora usuras prestaturum. Videri enim eum, late adjuvat, qui moram faceret emancipationi, moram restitutioni fidicommis- eam facere. (Quod certe rescriptum Severi ita exorbitans & irregu- lare est, ut peculiarem dissertationem mereatur ostensio hujus ir- regularitas. Et nisi me omnia fallant, videtur ipse Ulpianus, (vel etiam Papinianus vide seg. leg. 93. de condit. & demonst.) hujus rescripti consilio suo Author fuisse, ejusque irregularitatem in pra- cedentibus defendere voluisse, sed, ut diximus, rationibus parum coherentibus.)

e) Ita enim Ulpianus l. 1. §. 3. si à parente quis manum sue De patre per- rit. Si parente vel accepit pecuniam ut emanciparet, vel postea (i. e. cuniam ac- postquam à patre, etiam non præcedente pacto, emancipatus fu- cipiente, ut erit, vivus in eum filius, (ex liberalitate per conventiones inter vi- filium e- vos) quantum satis est, (h. e. non infra legitimam, aut quantum manciparet pater renuncians sat esse dixit) contulit, (sub conditione) ne judi. Neque tum tia (seu ultimam voluntatem) ejus (filii pater) inquietet; (pater patrem cogi postea contra hoc promissum suum in pugnans voluntatemulti posse. Exponam filii emancipari, vel si pecuniam acceperit ut filium emancipa- sitio l. 1. §. 3. ret, nec id fecit, & postea filio huic jure patria potestatis succedere si à patr. cupiens) exceptione dolii mali repellitur. Hic est sensus verborum quis manu- Jcti, et si fatear, me ipsum non intelligere, quis sit ille, qui pa- miss, fuerit. trem, in casu, si pecuniam acceperit, ut filium emanciparet, exce- ptione dolii mali repellere debeat. Sufficit mihi, quod Jctus id nec dicat nec velit, quod Interpretes inde exculpunt, patrem qui pecuniam accepit, ut filium emanciparet; cogi posse ad emanci-

30 DISS. IN AVG. DE VSV PRACT. TIT. INSTIT.

pandum. Neque adeo ad institutum meum pertinet disquirere, quomodo hic textus Ulpiani concilietur, cum aliis textibus potissimum cum l. si quando 35. S. i. C. de inoff. Testam. aut an dispositio d. l. 35. deroget assertioni praesenti Ulpiani, de eo enim disquirere locus erit, in tractatione de successionibus.

§. XVI.

*Alli modi finie di patriam postularem, sine emancipacione, ab imperatoribus inventi.*

Etenim postea sub imperatoribus alii modi sunt inventi, quibus finiretur, patria potestas, sine emancipatione, si videlicet, ut dictum, pater filiam prostitueret, a) aut infantem exponeret, b) aut incestuosa bigamia se commacularet. c)

a) Ex constitutione Imperatorum Theodosii & Valentianii, l. 12. C. de Episcop. audiencia plenioribus verbis relata in l. 6. C. de spectac. Ubi imperatores jubent, ut si pater filiabus necessitatem peccandi imponat, eis licet Episcoporum, judicium etiam, defensumque implorato suffragio, omni miseriarum necessitate absolvit: ita ut si insolidum eis lenones esse crediderint, vel peccandi ingerant necessitatem inviris, amittant non solum eam, quam habuerint, potestatem, sed & proscripti poena mancipentur exilio. Adeoque vides cum ipso jure liberari filias à patris potestate sine emancipatione.

Aut 2) si infantem exponeret.

b) Ex constitutione Imperatorum Valentiniani, Valentis & Gratiani, l. 2. C. de infantib. expositis. Unusquisque sobolem suam nuriat. Quod si exponendam putaverit, animadversioni, que constituta est, subjacebit Se, nec enim suum quis dicere poterit, quem percutiem contempsit. Quae verba ultima esti de servis expositis diserte loquuntur, recte tamen etiam ad patres, liberos suos exponentes, ob generalitatem suam extenduntur. In primis cum hic conveniat Ius Canonicum cap. un. X. de infant. exposit. Si à patre, sive alio, sciente ipso, aut ratum habente, (relegato pietatis officio) infantis expositus existit, hoc ipso à potestate fuit patris liberatus. Confer. Novell. 153. c. 1. quæ tamen iterum de servis expositis loquitur.

c) Ju-

c) Justinianus Novell. 12. c. 1. & 2. constituit, si quis inceltas Aut 3) si in contrahat nuptias, & liberos ex priore matrimonio habeat, ut hi cestas nup- statim potestate patria liberentur, & bona omnia patris conse- tias contra- quantur, pascere tamen eum debeant, & alia necessaria præbere; heret, nam, addit, licet legum contemptor & impius sit, tamen pater est.

§. XVII.

Sufficient hæc de prima parte assertionis, ex (11.) Libero- doctrina de emancipatione, à voluntate patris de- rum consen- pendente. Secunda est, quod, quia ex libera vo- sus in eman- luntate dependeret olim emancipatio, inde neces- cipatione ve- fario sequatur etiam, quod olim in emancipatione teri non re- non requiretur consensus filii emancipandi, sed pos- quirebatur, set etiam invitum emancipari. Et si enim hic com- sed poterant muniter Doctores dissentiant, a) & ipsi jam supra b) emancipari. fassi fuerimus, consensum liberorum requisitum esse ab Anastasio, facile tamen responderi potest, & hanc dispositionem pertinere, ad mutationes anti- qui juris sub Imperatoribus. c)

a) Sic enim Dionys. Gothofredus ad l. 5. C. de emancip. In Textus pro vito filio non datur libertas Nov. 89. c. II. Paulus 2. sent. 25. datur dissentienti- servo invito. Dixi l. penult. §. 1. C. supra de necess. serv. Ita Hu- bus allegati- berus in praelect. ad Inst. b. 1. §. 7. Adeo autem voluntaria fuit alio- quin adoptio, legendum : emancipatio) uti nec pater invitum liberos emancipare potuerit ; nec olim, Paulus 2. Sent. 25. in fine l. pen. C. de emanc. nec bodie. Nov. 89. c. II. in pr. Et quidem quod Pau- lum attinet, diserte ait d. l. filius familias emancipari invitum non co- gitur. Justinianus vero d. Nov. 89. c. II. Nam si solvere ius patriæ potestatis invitum filium non permisum est patribus, multo magis sub po- testatem redigere invitum filium, & nolentem, iussum non est.

b) Supra §. 10. l. 1. c. Et clara sunt verba Imperatoris Ana- Potissimum stasii

32 DISS. IN AVG. DE VSV PRACT. TIT. INSTIT.

**I. 5. C. de emancip.** statii d. l. 5. C. de emancip. Si tamen ipse (personæ à patria potestate liberandæ) noster dominus sub gloriarum testificatione, vel apud eundem judicem, vel apud alium quemlibet proposito parentum suum etiam voluntatem consonare, vel ante preces oblatas, & sacros apices promulgatos, vel postea deposuerunt, nisi insinantes sint, qui & sine consensu etiam hoc modo sui iuris efficiuntur.

Probatur o-

c) Olim in emancipatione antiqua, consensum filii non solum libero fuisse necessarium, exinde probatur, quia ea ex jure antiquo terrum consenserunt vendendi filium profluxit. Vide supra notata ad §. 8. lit. b. Demum non inde quia patres olim habebant potestatem, filios invitos è domo fuisse requiri cendi. Dionysius Halic. lib. 2. c. 27. ex versione Sylburgii. Parentum, nas etiam in contumaces filios (Graci) statuerunt non graves, per quia patres mitientes patribus, eos domo pellere, atque exheredare, præterea impoterant et- bil, que non sufficiunt ad compescendam juventutis vesaniam, morestiam liberos, que perniciates: neque contemptores honestatis levi brachio possunt ad domo ex- modestiam redigi. Quapropter apud Grecos saepe indecora multa in parentes committunt liberi. Romanorum autem legislator omnem, (ut breviter dicam) potestatem patri dedit in filium, idque toto vite tempore, sive in carcerem eum detrudere, sive flagris cadere, sive vinculum ablegare ad rustica opera, sive venare libertat. Ergo multo magis domo pellere, atque exheredare, quod Gracis solum licuisse antea dixerat. Et quid verbis opus est, cum Valerius Maximus lib. 5. c. 3. & 4. exempla T. Manlii Torquati, & M. Scauri referat, filios degeneres è conspectu abiisse jubentium. An vero huic iuri antiquo Romanorum obsteret l. 6. C. de patr. potest. ubi Diocletianus & Maximilianus dicunt, quod abdicatio, quæ Graco more ad alienandos liberos usurpata, & ἀνορέχειαι dicta fuerit, Romanis legibus non comprobetur; jam & sputare nolo. Huberus in pra-

**Obiter ex- posita l. 6.** letti. d. l. putat, hic saltem veteri morem abdicationis solenam per praconem, salva, ut intellego, potestate filium immorgerum domo pellendi. Sed si quis consideret ea, quæ Dn. Praes in disserit, de Uf. Pr. iii. de patr. potest. c. l. de diminuta valde sub Imperatoribus patria potestate, & potissimum quoad jus vendendi & oppignorandi, jam sub Diocletiano §. 45. docuit, verosimile etiam videbitur,

Notatur  
Huberus.

QVIE. M.O.D. IVS PATR. POTEST. SOLVITVR.

videbitur, Diocletianum hic non tam respexisse ad solennitatem abrogationis, quam ad effectum, & adeo ademissæ parentibus ius filium pro libitu domo pellendi. Idem Huberus d. l. ad exceptionem à regula (quod filius invitatus emancipari nequeat) refert ea, quæ modo de jure pellendi domo adduxi. Ego mallem inveterere, & pro regula afferre ius emancipandi filium invitatum, pro exceptione vero, vel potius pro ieris illius antiqui mutatione, id An Pauli quod Paulus docet d. lib. 2. sent. tip. 25. in fin. Nam in tertio se-temporeculo multum ademittum erat patriæ potestati antiquæ, jam tempore jam consen-re Pauli & Ulpiani. D. differt, de patr. potest. cap. i. §. 22. - - 28. sus filii sue. Quanquam forte iste Pauli locus paululum suspectus videatur, ob rit requisiti. l. 132. de V. O. quæ ex aliis libris Pauli desumpta est, ubi casus pro-tus. ponitur, si quis alienum filium suscipiens, tradenti promiserit cer- Adnotatio tam pecunia quantitatem, si eum aliter quam ut filium observas. ad l. 132. de set, & queritur, an stipulatio committatur, si promittens eum post- V. Oblig. ea domo propulerit, vel moriens ei nihil testamento reliquerit. Etenim ex his verbis videtur, adhuc Pauli tempore parentibus permisum fuisse, ut liberos domo expellere invitatos potuerint, atque sic etiam d. legem intellexit Huberus d. §. 7. Sed salva res est. Nam falso hic supponitur, quasi promittens ipsum filium in pa-triam potestatem suscepit, cum potius casus propositus loquarunt de eo, qui alienum filium suscepit, ut tractaret humaniter, tan-quam alumnum vel clientem. Ut taceam, quod ista expulsio ex domo non proponatur ibidem, ut factum licitum, sed potius ut fidei datae repugnans. Ergo nullam causam video, cur recedam à sententia in thesi proposita: Olim ante constitutiones Imperatorum in emancipatione veteri, non fuisse requisitum consensum filii emancipati, in qua sententia confirmor, quod hujus consen-sus nulla fiat mentio, in descriptione solennitatum istius emanci-pationis, supra §. 8. liu. b. proposita. Quanquam forte rariores Non tamen fuerint casus, ubi filii emancipati dissenserint, cum parentes eman- facile fuisse cipantes ipsiis emancipatis regulariter prospexerint, ne in egestate casus dabi-post emancipationem vivere cogerentur, & hoc pacto emancipa- les, ut filii intuito filiorum emancipatorum, favorabilis potius fuerit, emancipa-quam odiosa, cum hoc pacto à jugo patriæ potestatis liberarentur, di dissentient.

E

& sui rent.

§4 DISS. IN AVG. DE VSV PRACT. TIT. INSTIT.

& sui juris fierent. Unde etiam Imperator Anastasius d. l. 5. C. de emancip. permisit, ut si emancipandi infantes adhuc essent, qui nec consentire, nec dissentire possent, à patre per rescriptum principis possent emancipari, quod non fecisset, si emancipatio liberorum regulariter, in horum præjudicium facta fuisset.

§. XVIII.

Olim nulla dignitas libera-  
dignitatem à patria potestate liberasse. Postea tar-  
rabat, nis̄ men ob cultum religionis & reverentiam Deo-  
sacerdotaliū. rum, b) flamines Diales & uxores eorum, c) item  
virgines, quæ Vestæ capiebantur, d) jam olim in  
potestate parentum esse desierunt.

Probatur  
regula.

a) §. 1. lit. a. Idque quoad dignitates seculares etiam ita  
mansit adhuc usque ad tempora Justiniani, unde Imperator S. 4.  
b. t. Filius familiæ, si militaverit, vel si senator, vel consil facilius  
fuerit: remanet in potestate patris. Militia enim, vel consularis di-  
gnitas de patris potestate filium non liberat.

Exceptionis  
origo.

b) Videtur hoc à temporibus Numæ esse deducendum, ut  
pote qui maxime operam dedit, ut cultus Deorum augeretur, &  
que ad religiones ac ceremonias pertinent, ordinavit ac certis  
libris complexus est, inter alia etiam sacerdotum munerum institu-  
tionem Flaminibus & Virginibus Vestalibus tradens. Dionys.  
Halic, lib. 2. c. 65,

Probatio de

c) In potestate parentum esse destinunt & bi, qui Flamines Dia-  
flaminibus, les inaugurantr, & quæ virgines Vestæ capiuntur. Ulpianus tit. 10.  
¶ ult. De Flaminibus & Uxoribus eorum idem testatur Tacitus  
lb. 4. Annal. cap. 16. in verbis: quando exiret ex jure patrii, qui id  
Flaminum apisceretur, quæque in manum Flaminis conveniret. Ad-  
de dissertat. de Uſu Pract. tit. de nupt. c. 1. §. 3. lit. i. p. 6. §. 4. lit. k.  
p. 12. n. 6. ¶ §. 6. lit. u. p. 21. De ea vero quæ Flami nupsisset,  
idem

idem Tacitus memorat, postea SCto statutum fuisse, ut tantum Mutatio de  
farcorum causa in potestate viri manere deberet, in reliquis debe- uxore fla-  
ret manere in potestate patris ut reliqua uxores. Confer de Fla- minis.  
minibus Gellium lib. X. c. 15. & quos citat Philippus Caroli anim.  
ad Gell. d. l. p. 426.

a) Vestalis virgo capiebatur sex annis major & decem annis Requisita  
minor, quæ esset patrima & matrima (id est, quæ ex confarreatis virginis Ve-  
parentibus genita esset. Vide d. disput. §. 4. lit. k. p. 13. n. 7. & stalis,  
§. 6. lit. t. p. 20, item quæ lingua debili sensuæ aurium diminuta,  
aliave qua corporis labe insignia non esset, item quæ ipsa aut cu-  
jus pater emancipatus non esset, & cuius parentes alter ambove  
servitutem non servierant, neque in negotiis sordidis versati erant.  
Gellius lib. I. c. 12, qui simul memorat, virginem Vestalem simul Ejus libera-  
ac capta esset & in atrium Vestæ deducta & Pontificibus tradita, eo tio à patria  
statim tempore sine emancipatione ac sine capitis diminutione è potestate.  
patris potestate exire, & jus testamenti faciendi adipisci. De mo-  
re autem rituæ capienda virginis literas quidem antiquiores non Ritus capi-  
extare, nisi, quod ea, quæ prima capta est, à Numa rege sit capta, endæ virgi-  
Et memorat etiam Dionysius d. l. 2. c. 68. jus eas capiendi vel op. nis.  
tandi Numam voluisse penes Reges esse. Ejectis tamen Regibus  
hæc potestas Pontificibus data, quo spectat lex Papia, cuius men-  
tionem iterum facit Gellius, qua cavebatur, ut Pontificis maximi  
arbitrato virginæ è populo viginti legerentur, sortitoque in con-  
cione ex eo numero fieret, & cuius virginis sortitio ducta esset, ut  
eam Pontifex maximus caperet. Refert etiam formulam capiendi An hic' mo.  
Gellius. Et si vero quis putare posset pertinere hunc modum g. dus finien-  
niendi patriam potestatem ad modos voluntarios, cum patres dæ patriæ  
haud dubie non ægre tulerint, sed potius filias suas aut filios ad di- potestatis  
gnitatem flamineam & sacerdotium Vestæ sponte obtulerint; ta- fuerit intui-  
men factam fuisse hanc capturam Vestalis virginis & Flaminum tu paren-  
(qui & ipsi capiebantur. Gellius ibid.) sæpe etiam invitatis parenti- tum volun-  
bus confat, non quidem exinde, quod idem Gellius memoret, tarius?  
capi virginem propterea dici videri, quia Pontificis maximi manu  
prehensa ab eo parente, in cuius potestate est, veluti bello capta

abducitur, ( nam poterat etiam hæc simulata violentia esse, uti in nuptiis similis titus simularæ violentiae adhibeatur in memoriam raptus Sabinarum;) sed quod Sveronius narret in *Augusto c. 31.* quod cum in demortuæ Vestalis locum aliam capi oporteret, am- birentque multi ( h. e. ambiendo deprecarentur) ne filias in sor- tem darent; adjuraverit Augustus, si cujusquam neptum suarum competeteret etas, oblaturum se fuisse eam. Imo memorat & Dio lib. 55. Quoniam baud prompte ii, qui plane nobiles erant, filias suas ad vestale sacerdotium darent, lege statutum est, etiam è libertinis na- tas posse capi. Quamvis non diffundendum sit, etiam ex patribus nonnullos filias suas sponte obtulisse ad sacerdotium, quo casu, monente Gellio, gratia legis Papia per senatum siebat, id est, ri- tus ille solennis capiendi cessabat.

## §. XIX.

*Postea Justi-* Cum autem ratio status Monarchici non fer-  
*nianus sum-* ret, ut rigor ille Patriæ potestatis, qui temporibus  
*me paricia-* liberæ reipublicæ obtainuerat, amplius observare-  
*iis dignitat* tur, a) Justinianus initio constituit, ut summa Pa-  
*idem privile-* triciatus dignitas, b) imperialibus codicillis præ-  
*gium indu-* stitis, illico filium à potestate patris liberaret. c)

Videlicet ex a) *Quis enim patiatur, inquit Justinianus l. fin. Cod. de con-*  
*ratione sta-* *sul. lib. 12. & §. 4. Inst. b. t. patrem quidem posse per emancipationis*  
*tus Monar-* *modum potestatis sue nexibus filium liberare: imperatoriam autem*  
*chici.* *cessitudinem non valere eum, quem sibi parem elegit, ab aliena exime-*  
*re potestate?*

Patricii o-  
lim qui.

b) Patricii Romæ plebejis opponebantur ex instituto Ro-  
 muli, & primo Senatores corumque posteritas simplierer hoc no-  
 mine gaudebant. Dionyl. Halic. lib. 2. c. 8. Postea cum plebs a-  
 ditum ad honores, ac ita ad Senatum nacta esset, multa etiam fe-  
 natoriae gentes plebejæ fuerunt, qua tamen nobiles erant, non ve-  
 ro Patriciæ. ( Sic Claudi omnes erant nobiles, sed alii ex ius pa-  
 tricii,

tricii, quidam etiam plebeji. Sveton. *princ. Tiberii*) Patricii post nobilitatem plebejis communicatam dicti fuere, qui ex antiquis sumis patrum, id est senatoris familiis erant oriundi, vel qui extra ordinem eorum numero erant inserti. (Hoc, & non omnes senatores, fuisse patricios, haec quatuor Svetonii verba docent cap.

40. *Julii: Senatum supplevit, Patricios allegit.*) Sub Imperatori Qui sub imperatoribus, cum abolita vetustate verba antiqua in modernum usum cor- rumpentur, patricatus dignitas à Constantino M. instituta, & Patricii principis patres habui sunt Zosimus lib. 2. Unde Clau- dianus de Eutropio :

*Non aliter poterat principis esse pater.*

Formulam Patriciatus integrum habet Cassiodorus lib. 6. v. 25- riari, c. 2. Cur summa patriciatus dignitas dicatur, cum tamen Gratianus in l. un. Cod. Theod. de Consulibus lib. 6. consulatum præponat omnibus fastigiis dignitatum, variis varie respondent. Maxime verosimilis mihi videtur eorum sententia, qui Consulatum pro prima dignitate habent, cui iurisdictio est conjuncta, at patriciatus erat saltem honor iurisdictione caret, & accedebat aliis honoribus. Vide Huberum *Disput. Fundament.* 16. §. 17. Perezi- um in *Cod. ad tit. lib. 12. de Consul. n. 7. seq.* Jacob. Gothofred. in *Comment. ad d. l. un. Cod. Theod. Tomo II. p. 74. 75.* Joh. à Felde Element. juris universi Part. 5. p. 1058.

c) Fallor, an & hic Justinianus dedit novum specimen le. Verosimile gulationis intempestivæ, aut frustrance. Neque enim primo Justinianum credendum est adhuc tempore Justiniani patres fuisse tam rigidos, legem fecis- ut filios dignates gerentes, si cuperent, non emanciparent, in- se de casu primis cum nullum sit dubium, patriam potestaten sub imperato- vix dabilis.

ribus præcedentibus jam valde fuisse restrictam, per dicta in differt. de usu prædicto tituli de patr. potest. c. 1. Deinde summa patriciatus dignitas non concedebatur quibuslibet, sed illis, qui jam maiores dignitates, & ipsam consularē etiam gesserant. Vide antores modo citatos. Ergo non erat prope casus dabilis, utis, qui Patri- cius ex privilegio Cæsaris fieret, esset adhuc in patria potestate.

38 DISS. IN AVG. DE VSV PRACT. TIT. INSTIT.

Ad quid verbis opus est, habemus conscientem Reum. Sic enim diserte Justinianus noster d. l. fin. Et hoc quidem raro contingere satis certum est; nemo enim facile respexit filium familias in patricius honorem propeatum, (Man hat noch kein Exempel) quemadmodum in Consulibus hac res usitata est: sed ne quid in parte temporis tale eveniat, desgleichen man sich doch so wenig als des Himmels Einfall zu versetzen,) & sine legibus inveniatur, ideo hac nobis via sunt sancienda.

§. XX.

Imo id ex- Postea ut in neotericis inventionibus fieri at tendit ad a- mat a) privilegium hoc patriciatus ad alias dignita- tates dignita- tes productum est, hoc est, ad omnes illas, quæ ab tes ab oneri- oneribus curiæ liberabant, b) ut erant consulatus, bus curiæ li- consularitas, magisterium militum, præfectura Prä- berantes. torii, urbis, patrocinium fisci, aliæque. c)

Ratio ex- a) Forte etiam ideo, quod rideretur Tribonianus intui- tensionis. tu legis de patriciatu, quod ibi, ut diximus, casus vix esset dabilis.

De oneri- b) Novell. 81. c. 1. & 2. De oneribus Curialium commu- bus Curiali- niter variis, sed partim vagi, partim falsi conceptus formantur, quod um remissi- jam alibi detexit Dn. Præses in differt. de usu pract. Instit. de legitimati- ve. tione cap. 1. §. 8.

c) Vide l. fin. Cod. de decur. lib. 10.

§. XXI.

Salvis utro- Id vero ad imitationem ejus, quod modo de bique liberis Flamine Diali, & Virginibus Vestæ dicatis dictum juribus fa- est, a) pariter constitutum à Justiniano, ut dignita- milia. te liberati à patria potestate, non paterentur capitis deminutionem sed iura familiæ intacta retinerent. b)

a) §. 18.

a) §. 18. lit. d. ex Gellio.

b) Novell. 81. cap. 2.

### §. XXII.

Quin imo ad imitationem cultus illius Ethnici, *Et simuleret* etiam Episcopali dignitati tributum, ut liberaret a *iam ad di-* patria potestate, a) sub prætextu, quod qui omni- *gnitatem E-* pum sint spirituales patres, b) sub aliorum potestate *piscopalem.* consistere nequeant.

a) d. Novell. 81. cap. 3.  
b) De paternitate hac spirituali ut prolixius agatur, ad In. Titulus pa-  
stitiones juris privati non pertinet; id tamen omittere nequeo, ternitatis  
titulum hunc occasionem dedisse Episcopis, ut ab ipsorum princi- Clero tri-  
pum potestate se exemerint. Vid. Burnetus *Histor. Reform.* Ecclesi- butus eum  
*Anglii*, lib. n. p. m. 25, ubi, postquam reuulset, quod in Anglia in exemit à  
controversiam vocatum esset, utrum Clerici coram judicibus se- potestate  
cularibus conveniri possint, ita subiungit: *Quelques députez du séculari.*  
Clerge dirent la dessus, qui un homme ne pouvoit par le droit divin ju-  
ger son pere, parce que ce seroit violer le premier commandement de la  
seconde table, il s'en suivroit, que les personnes Ecclesiastiques, qui é-  
toient autant de peres spirituels, ne devoient point être jugées, par des  
personnes séculieres.

### §. XXIII.

Illud monitu non erat opus, quod adoptione *Adoptio et.*  
etiam vel potius in adoptionem datione, amittere *iam ex parte*  
patria potestas, a) & videtur saltem ideo Tri- *modis sol-*  
bonianus hujus observationis mentionem fecisse, *vendi patr.*  
ut occasionem haberet laudandi constitutiōiem *potest.*  
Justiniani. b)

a) *Quis enim dubitaret, patriam potestatem, si transitet ad Quia de re-*  
*parem*

40 DISS. IN AVG. DE USU PRACT. TIT. INSTIT.

nullum du- patrem adoptantem, extingvi in patre, qui in adoptionem dedit.  
biuum. Neque etiam separandus plane videtur hic modus ab emancipati-  
one, cum & fieret per factas emancipationes.

De Constitu- b) I. pen. & ult. C. de adopt. sed has laudem non mereti jam  
tionibus late ostensum in disserr. de usu pract. tit. Instit. de Adopt. c. i. §. 26.  
Justiniani & 27.  
remissive.

§. XXIV.

Intuitu ne- Id magis notabile, quod nepos ex filio, in e-  
potis nati ad- mancipationem vel adoptionem dato, genitus, sed  
spiciendum jam tempore emancipationis, vel adoptionis con-  
tempus con- ceptus, nascatur in potestate avi. a)

Ratio ex Ulpiano, a) §. 9. b. t. Rationem reddit Ulpianus tit. 5. §. ult. In  
bis qui jure contracto matrimonio nascuntur, conceptionis tempus spe-  
ctatur, in his autem, qui non legitime concipiuntur, editionis, veluti  
si ancilla conceperit, deinde manumissa pariat, liberum parit. &c.

CAPVT II.

Uſus practicus juris Romani in foris Germaniae.

§. I.

Varius di- D e uſu pratico hujus tituli in foris Germaniæ,  
fensus Dd. varie inter se dissentient commentatores ad  
de uſu pract. hunc titulum, a) ut quo plures legat stu-  
bujus tituli. diosus, eo confusior ab illis recedat, quam ante ac-  
cesserat. Cujus dissensus sunt variæ rationes. b)

Auctores a) Vide Paulum Voëtium ad finem bujus tituli p. 257. seq.  
principi Hoppium ad b. t. Schulzium Synops. Inst. b. t. Stryck. Uſ. Mod.  
ad

QVIE. MOD. IVS PATR. POTEST. SOLVITVR. 4

ad tit. ff. de adopt. §. 17. seqq. Kulpis. de adopt. & emanc. e. b. & in hoc pertie  
append. ut de Gudelino, Groenvvegenio, Simone van Levven, a<sup>o</sup> nentes.  
liisque nihil dicam.

b) Primo quod non naturam rei & mores Gentium, in pri- Fontes illius  
mis vero Germaniae respexerint, sed quod autoritates Doctorum dissensus.  
cœce fecuti sint; aut etiam, quod verba legum Germanicarum  
cavillati fuerint, vel inepte mores Germaniae ex legibus Romanis  
explicare, & ita quadrata rotundis miscere intenderint. Potissi-  
mus error fuit, quod sibi & Principibus falso persuaderint, ac si pa-  
tria potestas, Romana illa & Justinianea, apud Germanos in usu  
esset, cuius dogmatis falsitatem ostendit jam Dn. Praeses in differt.  
de usu pract. tit. Inst. de patr. potest. cap. 2.

§. II.

Cum vero præterea jam ab alio prolixe tracta- Jam alibi de  
tum fuerit, in specie de usu emancipationis, a) & usu emanci-  
pationis a-  
ex quaestiones potissimum de usu hujus tituli par- tium.  
tem confiant, hinc mihi quidem in hoc capite li-  
cebit esse breviori.

a) In differtat. de quasi emancipatione Germanorum, anno Synopsis  
1703, sub Praesidio Dn. Praesidis defensa. Exhibebimus hic saltem dissertatio-  
nistis Dissertationis synopsin. Patria potestas Romanorum diffe-  
rebat maxime à moribus aliarum gentium, per tradita à Dionysio emancipati-  
lib. 2. Antiq. Roman. cap. 27. (§. 3.) Etiam in eo, quod pater, si one Germa-  
veller, apud Romanos posset retinere patriam potestatem ad dies norum.  
vita. (§. 4.) Igitur & emancipatio erat modus solvendi patriam  
potestatem Romanis peculiaris. (§. 5.) Solennitates emancipa-  
tionis antiquæ ex fragmento Caji. (§. 6.) Quæ adhuc tempore  
Diocletiani in usu fuit. (§. 7.) Anastasianæ emancipatio, (§. 8.)  
denique Justinianæ. (§. 9.) Imprudentia Tribonianii in con-  
dendis Pandectis intuitu emancipationis Justinianæ ad mentem  
Francisci Balduini. (§. 10.) Germanorum potestas in liberos pla-

ne differens à patria potestate Romanorum, jam temporibus antiquissimis, (§. 11.) illustrantur dicta ex Covelli jure Anglicano. (§. 12.) Jure Gentium finitur potestas parentum, si non amplius opus educatione & alimentis. (§. 13.) Loca juris Saxonici huc pertinentia cum observationibus inde deductis. 1.) ex jure provinciali lib. i. art. 11. (§. 14.) 2.) ex lib. i. art. 13. (§. 15.) 3.) ex lib. i. art. 45. (§. 16.) 4.) &. 5.) ex libro 2. articulo 19. & 30. (§. 17.) Juris Alemannic seu Svecici compilator valde pronus fuit in jus Justinianum, (§. 18.) Loca ex jure Svecico huc pertinentia 1.) ex jure provincie, cap. 118. (§. 19.) 2.) ex cap. 259. (§. 20.) 3.) ex cap. 286. (§. 21.) 4.) ex cap. 319. §. 2. (§. 22.) 5.) ex cap. 382. (§. 23.) Summa observationum ex jure Germanico, de dimissione liberorum ex potestate parentum, (§. 24.) Doctrinam Romanam de emancipatione nullum plane usum attulisse juri Germanico. (§. 25.) Cum modi Germanorum dimittendi liberos fuerint longe pinguiores emancipatione Romana. (§. 26.) Exempla emancipationum in Germania. (§. 27.) Primum Comitis de Löwenstein ex Kulpisio. (§. 28.) Qui tamen invirust à Camera ad hunc actum fuit adactus, sub praetextu, quod liberi in potestate patris existentes, non possint habere curatorem. (§. 29.) Repugnare hunc praetextum & juri Romano & moribus Germanorum. (§. 30.) Exempla alia illud primum inseruta. (§. 31.) Aliud exemplum emancipationis Anastasianæ, sed valde dubium. (§. 32.) Fons erroris, quod introducta fuerint in Germaniam exempla emancipationum. (§. 33.) Assertio videlicet, patriam potestatem Romanorum valere moribus Germanicis. (§. 34.) quia videlicet Germani sint subditi imperii Romani. (§. 35.) Inde etiam erronee voluerent, valere triam modos Romanorum solvendi patriam potestatem. (§. 36.) In specie emancipationem, (§. 37.) tam Anastasianam, (§. 38.) quam Justinianam. (§. 39.) Confusiones inde ortæ circa doctrinam de quasi emancipatione Germanorum, (§. 40.) 1.) eam esse emancipationem tacitam, (§. 41.) qui assertioni responderetur. (§. 42.) 2.) Separationem liborum non receptam esse per totam Germaniam. (§. 43.) Liberos non

non statim per separationem liberati. (§. 44.) 4.) An sufficiat separata economia , aut separatio bonorum ? (§. 45.) 5.) quod separatio bonorum non fieri possit, invito patre vel filio. (§. 46.) 6.) Quod separatio bonorum fieri debeat judicialiter, (§. 47.) 7.) per matrimonium colum, filiam non liberari à potestate parentum, (§. 48.) 8.) Multo minus filium. (§. 49.) Monita circa matrimonium filii & filia. (§. 50.) 9.) An majorenitas liborum sit modus finiendi patriam potestatem ? (§. 51.) 10.) An liberi minorenes dicunt possint ex patria potestate. (§. 52.) An vidua minorenris recidat in potestatem parentum ? (§. 53.) Monita quædam ad Reformat. Francof. Part. 2. tit. 1. §. 8. & 9. (§. 54. ad finem.)

§. III.

Igitur in genere sic tenendum. Non esse in *Assertio generalis de usu apud Germanos modos solvendi patriam potestatem, à jure civili introductos, sed saltem modos non usum modorum Romanorum finiendi juris Gentium, a) ut mortem naturalem & separationem, ubi non amplius opus educatio- ne, & alimentis. b)*

a) Ratio est, quia patria potestas Germanorum non est illa patria potestas Romana, sed ab illa toto cœlo diversa, & saltem principiis juris naturalis subnixa, per tradita de usu præst. tit. Inflit. de patr. potest. cap. 2. Igitur non entis nulla sunt prædicata, id est, ubi non est patria potestas Romana, ibi non sunt modi finiendi il- lam potestatem.

b) Mors parentis aut filii omni jure tollit ex una parte ob- ligationem educandi, & alendi filium, ex altera obligationem manus pa- obedientiae parentibus debitæ. Nam mors omnia iura solvit, triam po- Deinde apud omnes gentes, ubi patria potestas, ut apud Germa- test. tollit nos magis oneri est parentibus, quam ut commodum ipsis præ- mors natu- stet, (ut apud Romanos,) ubi liberi se ipsis sustentare possunt, ratis & se- nec paratio.

nec amplius educatione opus habent; nullam parentes causam habent, cur liberos non dimitiant ab obedientia, nulla etiam liberis fviadere dissensum intuitu separationis posset ratio, nisi forte ignavia, sed haec tamen nec a parentibus, nec a magistratu attendenda. Ceterum quomodo haec separatio sit intelligenda, docubunt modo notata ad §. preced.

## §. IV.

*Speciales :*  
mortis civilis  
non est mor-  
dus fin. P. P.

Ergo patria potestas Germanorum non tollitur morte civili, a) sed manet saltem in suspenso effectus patriae potestatis, si pater vel filius ab hoste capiatur. b)

Rationes  
speciales  
variae.

a) Variae hic accedunt rationes. Primo enim generaliter præmonendum est, mortem civilem tollere salteni jura civilia, non jus naturæ vel Gentium, à quo nec alienum est ipsum jus Romanum, vid. Huber. d. disputation. fundament. 16. §. 4. At modo diximus, patriam potestatem Germanorum magis esse juris Gentium, quam juris Romani; alibi ostensum fuit, servos & peregrinos nuptias contrahere (vid. dissert. de usu pract. distinct. bomin. in liber. & serv. cap. 2. §. 47. & de usu pract. tit. Instit. de nuptiis c. 2. §. 13). Ergo etiam servi & peregrini capaces sunt patriæ potestatis, quia nuptiae constituent patriam potestatem. Suo loco, ubi de usu practico libri secundum agendum erit, docebatur, peregrinos non excludi a proprietate bonorum. Unde facile pater, apud Germanos, intuitu ejusmodi iurium, servitatem pro morte civili non fuisse habitam. Imo dicenda ad titulum de capitib. diminutione docebunt, Germanos nullam unquam capitib. diminutionem agnoscere. Confer interim notas ad Institut. d. tit. p. 65. seq. Ubi ergo nulla servitus poenæ, & nulla deportatio, ibi frustra queritur, an ea tollant, an suspendant, patriam potestatem.

Jura paren- b) A Turcis & aliis populis non Christianis capti eti hodie-  
tum vel li- num fiant servi (per tradita de usu pract. distinct. bomin. in liber. &  
serv.

*serv. c. 2. §. 32. seq.*) quia tamen servi patriæ potestatis apud nos herorum sunt capaces, & etiam suo modo bona apud Germanos propria bello capti habuerunt, & hodiernum habent; hinc non opus est, ad horum rum sunt in potestatem, aut dominium defendendum, cum Doctoribus vel suspenso. recurrere, ad falsam hypothesin de servitutis inter Christianos sublata cum Voëtio ad b. t. §. 5. n. 3. Stryckio *Uſu Modern.* ad tit. de statu homin. §. 2. Hoppio ad b. t. p. 121. Quin potius recte ab aliis fuit notatum, & dispositionem legis Cornelii, & fictionem juris postlimini Romanorum non quidem unquam à Germanis esse abrogatam, sed tamen nec unquam receptam. Vid. Schilte-  
rum *Exerc. 3. ad Pand.* §. 2. lit. b. quamvis postliminium, qua-  
tenus est juris Gentium, (de quo agit Grotius *de J. B. & P. lib. 3.*  
c. 9.) haud dubie etiam apud Germanos sit in usu. Ex hac igitur  
ratione manens haud dubie in suspenso juris Patris, (vel maris) aut filii in bello captorum, usque ad mortem. Si redeant omnia  
jurá recuperant, si ibi moriantur, iis demum à tempore mortis  
naturalis succeditur. Quod nuptias & patriam potestatem atti-  
net, patre capto sive à Turcis, sive ab aliis populis, etiam Christi-  
anis, si in tali statu sit, ut ejus consensu non possit impetrari, vel  
pro consensu libero haberi, filius poterit nuptias contrahere, sine  
patris consensu, & pater reversus eo magis deber has nuptias ap-  
probare, quia jam alibi dictum, etiam dissensum parentum im-  
pedire hodie saltē nuptias contrahendas. (vid. dissert. de *usu*  
*præf. tit. Inst. de nuptiis c. 2. §. 12.*) Si filius captus sit, & alio mo-  
do requisita justarum nuptiarum non deficiant, etiam si milles  
servus sit, poterit tamen in captivitate nuptias inscio patre contra-  
herere, & liberi inde nati sunt legitimi, & hos in sua potestate reti-  
ner, etiam quando postlimino redit ad parentes, qui adeo non  
habent potestatem rescindendi nuptias.

## §. V.

Neque quadrat ad mores Germanorum eman- *Nec emanci-*  
cipatio sive Vetus, sive Anastasiana, sive Justinia-*patio.*  
nea, quia ea nullum usum præbet liberis, ex patria

potestate dimittendis. Qui contrariam sententiam defendenterunt, & emancipationes judiciales favferunt, aut jussuerunt, non intellexerunt, principia juris patrii. a)

Remissio ad  
alibi dicta.

a) Commentarii loco hic esse poterunt supra notata ad §. 2.  
hujus capitis, & quæ Dn. Præses ex dicta dissertatione repetit in notis ad Institutiones b. t. p. 66. seq. Eadem responso danda est ad exempla emancipationum, quorum meminit B. Beyerus ad b. t.  
lit. a. *Emancipatio expressa boda varius fit, non tamen nunquam: cum ejus quatuor exempla mea estate L pse viderim, & fieri solet, se filius cum patre contrahere velit, v.g. hereditati renunciare, immobilia emere &c.* Nam & hæc exempla peperit vana persuasio, quasi apud Germanos, durante patria potestate, pater & filius non possint inter se contrahere, quia scilicet jure Justinianeo, pater & filius habeantur pro una persona. Sed & hujus assertionis falsitas ostensa est in diff. de usu practic. tit. Instit. de patr. potest. cap. 2. §.  
9. 10. & in primis §. 12. lit. x. p. 35.

## §. VI.

*Nec dignitas.* Cum vero apud Germanos citra omnem dignitatem liberi soleant, etiam sine emancipatione, liberari à potestate parentum, patet, doctrinam Romanorum de dignitate à patria potestate liberante, exiguum habere usum in foris Germaniæ, quamvis & hic amasii juris Justinianei, de usu hujus modi, varia afferre soleant. a)

Variae quo-  
dassiones &  
assertiones  
Doctorum  
frustranæ,

a) Constat, quodlibet officium publicum dignitate praeditum vel non dari filiis familiæ, vel si detur, regulariter conjuncta habere commoda, quibus se ipsum, separata à patre economia, sustentare possit filius. Unde facile patet, quid sentendum sit de regula sequente: *Quaecunque dignitas jure Romano non excepit*

mit filium nexibus paternis, illa nee hodie cum liberat, nisi dignitatis  
accedit separata economia, vel emancipatio judicialis. Vid. B. Stry-  
kius *Uf Modern. ad tit. de adopt. §. 24.* Nam exceptionis prima  
sunt infiniti casus, regulare ipsius vel nulli, vel certe paucissimi. I-  
dem cum Berlichio ibi citato negare videtur, quod Sacerdotium  
& Doctoratus non liberet à patria potestate. Sed præter modo  
notata vellem, ad istas etiam circumstantias hic attendi. Sacre-  
dotes haud dubie regulariter non amplius sustentantur à patre.  
Accedit jus Canonicum, secundum quod Monachi liberantur à  
patria potestate. Paulus Voëtius *ad hunc titulum pag. 149.* Imo  
per principia Juris Canonici, omnis Clerus est exemptus à po-  
testate Principis, quomodo ergo possit esse sub potestate privati.  
Cum igitur secundum jus Canonicum etiam Doctores & Magistri  
sint Clerici, etiam hoc intuitu Doctores & Magistri, non erunt  
sub potestate patria. Sed olim Doctores & Magistri siebant viri  
regulariter jam à patria potestate liberati. At moribus hodiernis,  
ubi tantus est abusus promotionum, ut etiam juvenculus dignita-  
tes hæ conferantur, nullus est dubium, quin hæ dignitates, si so-  
la sint, filios à patria potestate non liberent, & qui ab Episcopatu-  
m ex Jure Justinianeo hic ad Doctorem argumentantur, vitium in  
argumentatione committant. Huber. *dicit. Dissert. 16. th. 18.* Er-  
go etiam hodie militia liberabit à patria potestate, & inutilis vide-  
tur limitatio, si modo separatam economiam habeat, quam ta-  
men addit Hoppius *p. 123.* Nam ubi est miles, qui sit in convictru  
patris, nisi forte abusive sic dicitur, ein zahmer Soldat zu Friedens-  
Zeiten. Illustrant dicta, quæ notat Voëtius *ad h. t. p. 250.* in locis  
præsidariis id se observasse, ut insuper habitu consensu parentis in  
nuptiis militis, si quidem persuaderi pater non possit, nuptias recte  
miles contrahat, modo consensum sui Praefecti adhucuerit. Ita-  
que his suppositis, plane frustaneum est disputare cum B. Strykio  
*diss. §. 24.* Utrum Consiliarii Principum Imperii habeant digni-  
tatem Patriciatus, aut un exant ex patre potestate? Nam  
quis de hoc ultimo dubitarer, nisi amore juris Justinia-  
nei plane fuerit occecatus?


F I N I S.



194  
163  
~~2171~~  
279.10

6018





14  
DICA INAVGVRALIS

E

ACTICO  
ITVTIONVM,  
MODIS  
POTESTATIS  
ITVR,

A M  
IFICENTISSIMO,  
ICIPE AC DOMINO,  
**CAROLO,**  
IAE, MARCHIONE  
RG. RELIQA,  
IDERICIANA,  
SIDE  
**JO THOMASIO,**  
ONSILIARIO INTIMO, ACADEMIAE  
RE PRIMARIO, FACULTATIS  
ET H. T. DECANO,  
CENTIA  
ALIA CONSEQUENDI  
AI. MDCCXVI.  
POMERIDIANIS  
EXAMINI SUBMITTIT  
**S LUIS,**  
GENSIS.  
A E,  
RNH. HELLERI, 1744.